tiquã: cui quõdam dominatus eſt nemroth gigas: De quo
Geñ. x. b. qui fuit non multũ poſt noe. Et ita patet ꝙ antiqui
ſunt: q; non ſunt ignari bellorum. Unde Job. xij. b. In anti/
quis eſt ſapientia: et in multo tẽpore prudentia. t ¶ Gentẽ
cuius ignorabis linguam: quaſi precibus non poteris
eos flectere ad miſericordiã. v ¶ Nec intelliges quid lo
quatur: Unde nec te excuſare poteris: vel emere aliquo pre/
cio impunitatem. Sed ne dicant: nos fugiemus/ ſubdit:
x ¶ Pharetra eius quaſi ſepulchrum patens: quaſi
optimi ſagittarij ſunt: Unde etſi fugias te ſagittando interfi/
cient. Unde ⁊ dicitur/ ſepulchrũ: qđ nunq̃ mortuis ſatiatur:
ſic nec chaldei occiſione. Patens/ dicitur: q; tunc horribile
ẽ viſu propter carnes ſemiputrefactas: ſic chaldei multos oc/
ciderunt et ſagittas cruentatas in pharetra repoſuerãt: q̃ ſũt
horribiles viſu. Et dicitur/ patens ſepulchrũ: quia ita pa/
tet vt poſſit ſtatim extrahi ſagitta ad occidendum: poſt quod
ſequitur ſepulchrum: vt ibi intumulentur. Vel/ Patens ſe/
pulchrum: id eſt certi ſunt de morte inferenda poſt ſagit/
tationem: ſicut certum eſt ſepulchrum eſſe mortui. Sequitur
¶ Uniuerſi fortes:
Myſtice: q ¶ Gentem de longinquo ⁊c̃. Gentes Myſtice
de longinquo ſũt demones: qui de celo in infernum lapſi ſũt.
r ¶ Gentem robuſtam. Job. xlj. d. Non eſt poteſtas ſup
terram que comparetur ei: qui factus eſt vt nullum timeret.
Abacuk. j. c. Super omnẽ munitionẽ ridebit et comportabit
aggerem et capiet eam. s ¶ Gentem antiquam. Et ideo
callidus eſt diabolus: quia in antiquis eſt ſapiẽtia. t ¶ Gen/
tem cuius ignorabis linguam. Sed nõne peccatores
linguam diaboli cognoſcunt: et linguam dei ignorant: Un/
de Geñ. xj. b. illi ſuperbi gigantes confuſas linguas habue/
runt: in quo notatur ꝙ deum non intelligebãt: Confuſio em̃
lingue ex cordis oritur confuſione. Solutio. Licet pecca/
tor credat ſe intelligere linguam diaboli/ tamẽ non intelligit.
Dicit enim diabolus delectandũ eſſe in diuitijs/ honoribus:
⁊ huiuſmodi: Et hoc credit peccator per diaboli ſuggeſtionẽ:
ſed in veritate non eſt verum. Difficile eſt enim cognoſcere
aſtutias diaboli. Sed paul⁹ cognouit. Un̄ dr̃. ij. Corinth. ij.
c. Non em̃ ignoramus aſtutias eius. x ¶ Pharetra eius
quaſi ſepulchrũ patens. Pharetra diaboli eſt lingua
detractoris: ex qua quaſi ex pharetra ſagittas extrahit: qui/
bus interficit innocentes: que dicuntur ſepulchrum propter fe/
torem verborum qui inde exit. Pſ. Sepulchrum patens eſt Pſ. 5.
guttur eorum: linguis ſuis doloſe agebant/ iudica illos deus.
Eorum lingua nõ ſatiatur interfectis: q; ſemper vellent plu/
ra mala in hominibus inuenire: vt magis poſſent detrahere.
✠ Uniuerſi fortes.

a Uniuerſi fortes: Et cõmedet
b ſegetes tuas ⁊ panem tuum:
c d e f deuorabit filios tuos et fili-
g as tuas: comedet gregẽ tuũ
h ⁊ armenta tua: comedet vi-
i neam tuã ⁊ ficum tuam: ⁊ cõ
k teret vrbes tuas munitas in
l m quib⁹ tu habes fiduciã/ glã-
n dio. Uerũtamẽ in dieb⁹ illis
ait domin⁹/ non faciã vos in
o cõſummationẽ. Q̄ ſi dixe-
ritis: quare fecit nobis dñs
p deus noſter hec oĩa? Dices
q ad eos: Sicut dereliquiſtis
me et ſeruiſtis deo alieno in
r terra veſtra: ſic ſeruietĩ dijs
s alienis in terra nõ vr̃a. An-
t nũciate hoc domui iacob et
auditum facite in iuda/ di-
v centes: Audi popule ſtulte
x qui non habes cor: q̃ habẽn
tes oculos nõ videtis: ⁊ au-
y res ⁊ nõ auditis. Me ergo
z nõ timebitis ait domin⁹: et a
facie mea nõ dolebitis? Qui
a b poſui arenã ẽminũ mari/ p̃-
ceptũ ſempiternũ qđ nõ p̃te-
c ribit: et cõmouebuntur ⁊ nõ
d poterĩt ⁊ intumeſcẽt fluct⁹ ei⁹
e ⁊ nõ tranſibũt illud: Po-
f pulo autem huic factum eſt
g cor incredulũ ⁊ exaſperans.

E a Uniuerſi fortes. Quia poſſet dicere: aliqui ex illis ſũt fortes: ſed aliq̃ debiles: q̃s bene poterim⁹ eos ſuperare. Ūñ dicit: b Et comedet .ſ. gens p̃dicta: c Segetes tuas ⁊c̃. quaſi ⁊ vos deſtruẽt ⁊ oĩa bona veſtra diripiẽt. m Gladio/ hoſtiũ. n Uerũtamẽ in dieb⁹ illis ait dñs: nõ faciã vos ĩ ꝯſũmationẽ: q: nõ oẽs ꝯſumẽt: Quidã em̃ illoꝝ relicti fuẽt a captiuitate ĩ iudea/ vt t̃rã illã colerẽt: vt vinitores ⁊ agricole ⁊ alij plebei. Ita exponit Hiero⁹. Cõ. ij. Machab. j. a. Fratrib⁹ q̃ ſũt ꝑ egyptũ iudeis: ſalutẽ dicũt fratres q̃ ſũt ĩ hieroſolymis iudei. Sed Ƶ. j. xlij. c. Oẽs viri q̃ poſuerũt faciẽ ſuã vt ingrediant̃ egyptum vt habitent ibi/ morient̃ gladio ⁊ fame ⁊ peſte: ⁊ null⁹ de eis remanebit: nec effugiet a facie mali qđ ego afferam ſup eos. Sed ꝯſtat q̄ ille reliquie que remãſerũt ad cultũ terre/ voluerũt ire in egyptũ: ⁊ fuerũt cõtra p̃ceptũ hieremie. Solutio. Reuera oẽs multa mala paſſi ſunt: ſed nõ oẽs fuerũt occiſi. Multi em̃ in ſuis ꝑſecutiõibus fidẽ chriſti nõ dimiſerũt: ⁊ hi redierũt vel nõ cõtriti ſunt: alij etiã ꝑ fugã euaſerũt.

Ƶ. j. 16. b.

Ƶ. 4. 6. b. ⁊ dijs

Myſtice

✠ a Uniuerſi fortes. Quõ: cũ dicat Hieronym⁹: Debilis e hoſtis qui nõ vincit niſi volentẽ. Solutio. In ſe fortis eſt: ſed debilis in cõſpectu dei: q: nihil põt niſi ꝑmiſſus: ⁊ non permittit̃ nocere niſi volenti. b Et comedet ſegetes tuas/ ꝯtutũ. d Pane tuũ/ robur ſacramẽtoꝝ. e Filios tuos/ opera bona perfectoꝝ. f Et filias/ opera imperfectoꝝ. g Gregẽ tuũ ⁊ armẽta tua/ cõpoſitionẽ rectam tã hominis interioris q̃ exterioris. h Comedet vineam tuã/ vinũ cõpũctiõis. i Et ficũ tuã/ delectationẽ de eternis. k Et cõteret vrbes munitas/ diuitias ⁊ honores ⁊ delitias mũdi: l In quib⁹ tu habes fiduciã: q̃ ſepe ꝑ peccatũ cõmittunt̃. Hec oĩa cõteret gladius extreme ꝑſecutionis: vel diabolus: de quo Iob. xix. d. Fugite a facie gladij q̃m vltor iniquitatũ gladi⁹ eſt: ⁊ ſcitote eſſe iudiciũ. Oſee. vij. c. Comederũt alieni robur eius: ⁊ ipſe neſciuit. o Q̄ ſi dixeritĩ: quare fec̃ nobis dñs de⁹ nr̃ hec oĩa: qđ ſtultũ eſt querere/ cũ tanta ⁊ tot feceritis mala. Unde/ p Dices ad eos/ in ꝑſona mea o tu ꝓpheta. q Sicut dereliq̃ſtĩ me ⁊ ſeruiſtis deo alieno in t̃ra vr̃a .i. idolis. r Sic ſeruietis dijs alienis .i. babylonijs ⁊ chaldeis: quorũ iugo ſubijciemini. Ul' dijs/ idolis chaldeoꝝ: Exq̃ em̃ eoꝝ ritũ ſeq̃mini/ ſequamini ⁊ cohabitationẽ: vt ſitis cũ illis/ imo ſub illis: quoꝝ deos colitis. Et hoc eſt/ s In t̃ra nõ veſtra .ſ. chaldea. q. d. ꝓpter peccatũ idolatrie hoc patimini. Sic peccatores: q: hic ſeruierũt diabolo/ erũt ſub eo vel cũ eo ĩ inferno: vbi erit terra nõ ſua: quia ibi nõ facient voluntatẽ ſuam. Ƶ. xvj. c. Ecce vnuſquiſq̃ ambulat poſt prauitatẽ cordis ſui: vt me nõ audiat: ⁊ eijciam vos de terra hac in terrã quã ignoratis vos ⁊ patres veſtri: ⁊ ſeruietĩ ibi dijs alienis die ac nocte: qui non dabũt vobis requiem. Modo em̃ iſti mali ſunt cum bonis in terra eccleſie: ſed tunc eijcientur omnes qui nõ de ea ſunt nomine vel merito/ in tenebras exteriores/ quaſi in terrã non ſuam. De quibus. j. Ioh. ij. c. Ex nobis exierunt: ſed ex nobis non erant: Nam ſi fuiſſent ex nobis/ ꝑmanſiſſent vtiq̃ nobiſcũ. t Annũciate hoc domui iacob: ⁊ auditũ facite in iuda. Idẽ intelligit ꝑ iudã ⁊ iacob .ſ. duas tribus: Nõ em̃ loquit̃ decẽ tribub⁹ q̃ iã ante ĩ aſſyrijs captiuate erãt. v Audi populi ſtulte q̃ nõ habes cor .i. viſum rõnis obſcuratũ habes/ ꝑ quẽ ſine p̃cepto vel lege ſcripta naturalit̃ poſſes intelligere q̃ recta ſũt: vt deũ creatorẽ eſſe tuũ/ qđ naturalit̃ dictat ꝯſcia. x Qui habẽtes oculos nõ videtĩ: ⁊ aures ⁊ non auditis: q̃ſi ſiles eſtis vr̃is idolis: De q̃b⁹ dicit̃: Oculos habẽt ⁊ nõ videbũt: aures habẽt ⁊ nõ audiẽt: ſiles illis fiãt q̃ faciũt ea: ⁊ oẽs q̃ ꝯfidũt ĩ eiſ. Sed nõ videt neq̃ audiũt: q̃ nõ habẽt peccatũ. Itẽ Ioh. ix. g. Si ceci eſſetis/ peccatũ non haberetĩ. Solutio. Sic intelligit̃ illud: Si vos cecos reputaretis vel ignorãtes: tũc em̃ mihi crederetis/ vel peccatũ non habuiſſetĩ .i. tantũ. Dicunt̃ q̃ idolatre oc'los hẽre ⁊ nõ videre: q: rationẽ habẽt cui⁹ viſum in diſcernẽdis veris ⁊ falſis/ bonis et malis nõ habẽt: quia nolunt diſcernere cũ poſſent ex lege naturali. Similit̃ aures habẽt exteriores: ſed nõ interius audiũt. Myſtice: Nõ habet cor: q̃ nõ habet audaciã reſiſtẽdi cuilibet temptatiõi: ſ ſtatim in tpe tribulatiõis recedit. Sꝫ dr̃ Prouer. xxx. d. Leo fortiſſim⁹ aialiũ/ ad nulli⁹ pauebit occurſum. Sicut aũt hõ patit̃ ab humorib⁹ vſq̃ ad cor aſcendẽtibus: vt ex hoc hõ q̃ſi mortuus mouere ſe nõ poſſit: ſic mali motus ⁊ deſideria euntia ad cor/ nõ ꝑmittũt hoiem ad bonũ moueri: nec videre gloriã quã amittit: nec pẽnã quã acq̃rit. Oſee. vij. c. Ephraim quaſi colũba ſeducta nõ habẽs cor. Eſa. vj. c. Excẽca cor ppl'i hui⁹ ⁊ aures ei⁹ aggraua ⁊c̃. y Me ẽ nõ timebitis: q̃ tãta vob̃ ꝓſtiti: q. d. nõ dilectionẽ deſidero ꝑfectoꝝ: ſ timorẽ incipientiũ. Uel q̃ tã mali eſtĩ ſi nõ vultis a vitio ceſſare amore/ ſaltẽ ceſſate timore. Malach. j. b. Si ego dñs vbi timor me⁹. Ƶ. x. a. Quis nõ timebit te o rex gẽtiũ? z Et a facie mea nõ dolebitĩ .i. a vultuoſitate ire ⁊ furoris mei. Ūñ Ps. Uult⁹ aũt dñi ſup facientes mala. Malach. iij. a. Quis ſtabit ad videndũ eũ? a Qui poſui ⁊c̃. Ecce narrat bñficia ⁊ potẽtiã ſuã vt arguat ingratos ⁊ timeat̃. b Arenã terminũ mari/ p̃ceptũ ſempiternũ qđ nõ p̃teribit: q̃ſi mirũ eſt q̄ vos qui eſtis rõnales non timetis me/ cũ etiam mare mihi obediat. Ut em̃ litora nõ egrediat̃ cõcluſit illud talib⁹ terminis. Ūñ Iob. xxxviij. a. Quis cõcluſit oſtijs mare? Ibidẽ: Circũdedi illud terminis meis: ⁊ poſui vectẽ ⁊ oſtia ⁊ dixi: vſq̃ huc venies/ ⁊ nõ ꝓcedes ampli⁹: ⁊ hic cõfringes tumẽtes fluct⁹ tuos. Ūñ narrat Solin⁹ quãdã eſſe iſulã/ q̃ mare ẽ multo alti⁹: tñ nũq̃ ſupgredit̃ iſulã. Sic Matth. viij. c. Precepit vẽtĩ ⁊ mari ⁊ ceſſauit tẽpeſtas. d Fluct⁹ ei⁹ .i. marĩ. c Et cõmouebũt et non poterunt et intumeſcent: quaſi litoribus refrenati intumeſcẽtes fluctus maris: vt ꝓpter quãcũq̃ fluctuationem nõ exeant terminos ſuos. Ps. Terminũ poſuiſti quẽ non tranſgredientur: neq̃ conuertentur operire terram. Ūñ e Et non tranſibunt illud/ p̃ceptũ quod illis poſuit. f Pplo aũt huic ⁊c̃. quaſi mare mihi obedit: ⁊ non populus iſte. g Et exaſperans: id eſt ad iracundiam me ꝓuocãs ꝑ pctã ſua

F

Ps. 113.

Myſtice

Ps. 33.

Ps. 103.

Myſtice

G

Myſtice: Mare eſt elementũ ꝑ ſe inſtabile/ ex ſe motũ habens: tamẽ nõ niſi ad voluntatẽ dei mouet̃: et terminũ ſibi a deo poſitũ nõ tranſgredit̃: ſed homo q̃ factus eſt imobilis et ſtabilis/ receſſit a deo: ⁊ non ſ̃m voluntatẽ eius mouetur per omiſſiones: ⁊ tranſgredit̃ per p̃ceptorũ tranſgreſſiões. Uel per mare intelligit̃ peccator. Ūñ Eſa. lvij. d. Cor impij quaſi mare feruens quod quieſcere non poteſt. Huic poſuit dominus terminum. b Arenam: id eſt mortis memoriam:

✠ per quã cõuertit̃

H provocans per peccata sua et contemptum. a Recesse/runt/ a me/ relinquēdo me fontē aque viue. b Et abierūt/ post idola/ fodientes sibi cisternas dissipatas. c Et non dixerūt in corde suo: quasi conscientia eorum posset eos retrahere a malo ſm legē naturalē: nō tamē retraxit. Non dixerūt inq̄: d Metuamus dnm̄ deū nostrū. Duo sunt q̄ incutiunt timorē. s. cōsideratio potentie: de qua ṗus actū est: ⁊ cōsideratio bñficiorū collatorū ne auferāt a datore. Vñ de h hic dic: Metuamus dnm̄. e Qui. i. q2/ f Dat nobis pluuiā temporaneā: que fouet semina iacta. g Et serotinā i tpe suo: q̄ fac ea maturescere: que. s. pluit versus autumnū. Magnū autē est bñficiū i terra illa: q2 terra illa valde calida ē. Vñ etiā dr̄ q̄ i egypto q̄ ē ei vicina nunq̄ pluit sed abūdat riuis: hierosolymitana aūt t̄ra non hȝ aquā nisi de cęlo. s. p beneficiū pluuię. Vñ Deut. xj. b. Terra ad quā īgredieris possidendam/ nō est sicut terra ęgypti: vbi iacto semie in horторū morē aque ducunt̄ irriguę: sed mōtuosa est ⁊ campestris de cęlo expectans pluuias. h Plenitudinem annuę messis custodientē nobis. Sic lege. Pluuiā dico/ custodientē plenitudinē annuę messis: q2 temporanea pluuia custodit semē a putrefactione: serotina autē ab ardore: vt p primā habeam⁹/ sicut dicit hebre⁹/ spicā in pascha: ⁊ panē in pentecostē. i Nobis. i. ad nostrā vtilitatē.

a Recesserūt ⁊ abierunt/ et nō
b c d dixerūt i corde suo: Metu
amus dominū deum nostrū
e f qui dat nobis pluuiā tempo
g raneā/ ⁊ serotinam in tempo
h re suo: plenitudinem annuę
i messis custodientem nobis.
k Iniq̄tates nr̄ę declinauerūt
l hęc: ⁊ peccata nr̄a ꝓhibue
m rūt bonū a nobis: q2 inuen
ti sunt in populo meo impij:
n insidiantes q̄si aucupes: la
o p queos ponentes et pedicas
q ad capiendos viros. Sicut
decipula plena auib⁹: sic do
r mus eorū plenę dolo. Ideo
s magnificati sunt ⁊ ditati/ in
t v crassati sūt ⁊ ipinguati: et p̄
x y terierūt sermōes meos pessi
z me. Causā viduę nō iudica
a uerūt: causā pupilli nō dire
b xerūt: ⁊ iudiciū pauperū non
c iudicauerūt. Nūquid sup his
d e nō visitabo dic dn̄s: aūt sup
gentē huiuscemodi nō vlcis
f g cet aīa mea? Stupor ⁊ mira
h bilia facta sunt i terra. Pro
i phetę ꝓphauerūt mēdaciū:

Mystice ⁂ per quā conuertitur homo in arenam. Hec arena intumescentes fluctus confringit: vt dictum est Job. xxxviij. b. quia per hanc memoriā cessat omnis superbia. Unde p̄ceptū est Leuit. j. d. q̄ vesiculę auis ⁊ plumę ꝓijcerent in locū vbi cineres effūdi solebāt. e Qui dat nobis pluuiā tēporaneā. i. legē. g Et serotinā. i. euangeliū. Vel/ Pluuiā temporaneā/ gratiā p̄uenientē: Serotinā/ cooperātē ⁊ cōsummantē. Vel/ Pluuiā temporaneā/ doctrinam in iuuentute: Serotinam/ doctrinam in senectute. Vel bene morientes in iuuentute: ⁊ bene morientes in senectute. Idē em̄

Matth. 20. a. premiū datur operātib⁹ in vinea a p̄ma hora ⁊ ab vndecima hora. h Plenitudinē annuę messis custodientē nobis: q̄si p vtrāq3 pluuiā habemus plenitudinē glorię. ij. Timoth. iiij. b. De reliquo reposita est corona iusticię ⁊c. Et hoc dicit: q2 vtraq3 ducit ad cōsummationē pfectiōis. Zach. x. a. Petite a dn̄o pluuiam in tempore serotino: et dn̄s faciet

Ad litterā niues ⁊ pluuiā imbris. k Iniq̄tates nostrę declinauerūt hęc. s. a nobis. Et vere/ declinauerūt/ transitiue. i. repulerūt. l Et peccata nr̄a ꝓhibuerūt bonū a nobis/ temporale: vt pluuiā ⁊ alia. Nō em̄ ē abbreuiata man⁹ dn̄i: vt dr̄ Esa. lix. a. vt nō faciat h semp si vellet: sed peccata nostra hoc impediunt. Propt̄ qđ dr̄ Esa. v. b. Mādabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem. Et Amos. iiij. b. Ego ꝓhibui a vos imbrem. Esa. lix. a. Iniquitates vestrę diuiserunt inter vos ⁊ deum vestrū: ⁊ peccata vestra absconderūt faciē eius a vobis. i. misericordiā eius. m Quia inuenti sunt in populo meo impij/ cōtra deū. i. negantes deum. Pietas em̄ est theosebia: iniquitas autē dicit̄ peccatū cōtra ꝓximū: qđ facilius est ⁊ remissibili⁹. Unde. j. Reg. ij. b. Si peccauerit vir in virū/ placari ei pōt deus: si aūt peccauerit in deū/ quis orabit p eo? n Insidiātes q̄si aucupes. i. latrones qui inter eos abundabāt: vel illi qui p blanda v̄ba decipiebāt simplices vt idola colerēt: sic auceps dulci cātu decipit volucres: o Laqueos ponētes. i. deceptionē p pulchritudinē ꝓborū vel simulationē religiōis. p Et pedicas ad capiēdos viros. Cōstruebāt enim phana idolorū ⁊ pulchra idola: p quorū pulchritudinē multi decipiebant̄: credentes q̄ tam pulchra possent iuuari ⁊ deberēt adorari: sicut pedica tegit̄ stramine vel aliquo tali/ ꝓpter qđ decipit̄ homo/ ibi figens pedē. q Sicut decipula plena auibus: sic dom⁹ eorū plenę dolo. i. diuitijs acq̄sitis p dolum. Per dolū em̄ simulationis religionē simulāt: ⁊ vera falsis ꝓmiscent in doctrinis suis ⁊ impunitatē ꝓmittūt ⁊ diuitias acquirūt dolose: et aīas simplicium decipiunt: vt cum eis trahant̄ ad interitum. Sic ⁊ multi: vt clerici in capitulis: ⁊ mercatores in negociationibus suis: et milites in tallijs p verba blanda ⁊ falsa/ apparentia vera: decipiūt simplices vt emūgant pecunias. Sȝ. j. Thessal. iiij. b. dr̄: Ne quis supergrediat̄ neq3 circūueniat in negocio fratrē suū: quoniā vindex est domin⁹ de omnib⁹ his. Vel hi sunt illi: qui p verba blanda ad peccandū alios alliciūt. j. Machab. j. b. Exierūt de israel viri iniqui ⁊ suaserūt multis/ dicētes: Eamus ⁊ disponam⁹ testamentū cū gentibus que circa nos sūt: quia ex quo recessimus ab eis/ inuenerūt nos mala multa: ⁊ visus est bon⁹ sermo in oculis eorum. r Ideo magnificati sunt/ in honoribus. j. xij. a. Quare via impiorū ꝓsperat̄: bene est omnib⁹ qui p̄uaricant̄ ⁊ inique agunt: plantasti eos ⁊ radicem miserunt: ꝓficiunt et faciūt fructū. s Et ditati/ in possessionib⁹ multis. t Incrassati sunt/ i. multa familia: v Et impinguati/ i. multis delitijs. x Preterierūt sermōes meos. Vñ in cantico Deut. xxxij. b. Incrassatus ē dilect⁹ ⁊ recalcitrauit ⁊c. Osee. xiij. b. Adimpleti sūt ⁊ saturati: ⁊ leuauerunt cor suum et obliti sunt mei. y Pessime: id male/ non faciendo p̄ceptū. z Causam viduę non iudicauerunt. i. ad vtilitatem viduę: vt sit viduę datiui casus. Esa. j. f. Pupillo non iudicāt: ⁊ causa viduę nō ingredit̄ ad eos. a Causam pupilli non dixerūt. i. non fuerūt aduocati pro eis: sed magis p diuitibus ⁊ nobilibus. Unde/ b Et iudiciū pauperū non iudicauerūt: sed magis diuitū/ eos iustificātes p muneribus: ⁊ iusticiā iusti auferūt ab eo: vt dr̄ Esa. v. f. Jō dr̄ Prouerb. vlt. b. Aperi os tuū muto: ⁊ causis omniū filiorū qui ptranseunt. Aperi os tuū: decerne quod iustū ē: et vindica inopem ⁊ pauperē. Ibi Beda. Pro causa paupis qui p se i iudicio loqui nō valet/ ipse loqui meměto. c Nūquid sup his/ peccatis: nō visitabo: e Aut sup gentē huiuscemodi/ tam malā: f Nō vlciscet̄ anima mea: quasi voluntas/ vel affectus meus. Vel/ c Nūquid sup his/ oppressis a tam malis iudicib⁹: d Visitabo/ restituendo quicq̄d eis ablatū ē/ vel i eis damnificatū. e Aut sup gentē huiuscemodi. i. tam iniustos iudices. Simile. s. eo. c. g Stupor. i. pctā p quib⁹ stupendū est: q2 nō fecerūt iustū. h Et mirabilia facta sūt in t̄ra: q2 fecerūt malū. Peccata p̄latorū dicunt̄ mirabilia: q2 tanq̄ monstrū speculū peccādi facta sūt subditis ⁊ minorib⁹. Unde Eccl. x. a. Qualis est rector ciuitatis ⁊c. Vel quia res miranda est q̄ peccant cum scientiam legis habeant: que ꝓhibet eis malum facere: ⁊ docet bonum tenere. Unde. Ie. ij. b. Tenētes legem nescierūt me. Sic ergo patet q̄ in hoc p̄terierunt sermonē domini male/ in hoc. s. q̄ p̄ceptū non fecerunt: peius autē in hoc q̄ alios ad malum incitauerunt. Unde/ i Prophetę ꝓphetauerūt mendaciū: q2 dicebant simplicibus: si imolaueritis baal nō sentietis

Esa. i. f.
I. 9. c.

a ⁊ ſacerdotes applaudebant
b manib⁹ ſuis: ⁊ popul⁹ meus
c dilexit talia: quid igit̃ fiet in
nouiſſimo ei⁹? ¶Ca. VI.
d COnfortamĩ filij ben/
e iamin in medio hieru
f ſalẽ: ⁊ in thecua clan/
g gite buccina: ⁊ ſup bethaca/
h ren leuate vexillũ: quia ma/
lũ viſum eſt ab aq̃lone ⁊ cõ/
i tritio magna. Specioſe ⁊ de
k l licate aſſimilaui filiã ſion: ad
m eã venient paſtores et greges
n eoꝝ. Fixerũt in ea tentoria
o i circuitu: paſcet vnuſquiſq;
eos qui ſub manu ſua ſunt.

ritis baal: non ſentientis malũ. Unde dicunt̃ ꝓphete: q2 futu/
ra populo p̄dicebant. ſ. impunitatẽ eis ꝓmittentes ſi ſeque/
rent̃ idola. Sic et multi falſi p̄dicatores/ ſic et pecuniarij qui
pro eccleſijs ſuis p̄dicãt/ mltas falſas adinuẽtiões admiſcẽt ⁊
dicũt. Peſſime aũt errauerũt errorẽ ꝯfirmãdo ſacerdotes: Uñ
ſeq̃t̃ a ¶Et ſacerdotes applaudebãt manib⁹ ſuis.
Peſſimũ eñ ẽ illos ꝯfirmare errorẽ/ et int̃ alios ſemĩare/ ⁊ de
illo gaudere/ q̃s magis illumĩare deberẽt. Oſee. iiij. b. Pec/
cata populi mei comedẽt: ⁊ ad iniquitatẽ eoꝝ ſubleuabũt aĩas
eorum. Sacerdotes eñ illius temporis cõfirmabant ſenten/
tias falſoꝝ ꝓphetaꝝ:
q̃d peſſimũ erat/ cum
magis deberent eorũ
ſentẽtijs cõtradicere.
b ¶Et popul⁹ me⁹
dilexit talia. ſ. impu
A nitatẽ quã illis p̄dice/
bant illi ꝓphete ⁊ quã
p̄dicatã ſacerdotes con
firmabãt eẽ verã. Sic
popul⁹ peccat ſepe ad
exempla p̄latoꝝ: et ea
diligũt que vidẽt eos
diligere: quia regis ad exemplũ totus cõponit̃ orbis. Ezech.
xvi. e. Sicut mater: ita et filia eius: Filia matris tue es tu.
b ¶Et populus meus dilexit talia. Hieronym⁹. Qui
meus eſſe deſijt/ quãdo talia dilexit. c ¶Quid igitur fiet
in nouiſſimo eius. ſ. in captiuitate/ vel in iudicio futuro:
quaſi que ꝓpter hec mala habere meruerunt. Et ideo in ſe/
quẽti capitulo enumerat penam quã ꝓpter hoc aſſequet̃.

COnfortamini ⁊c. Enume/ ¶Expo. Capi. VI.
ratis peccatis populi: ꝓpter que meruit captiuari:
deſcribit penas ꝓpter illa infligẽdas. Et diuidit̃ hoc
capitulũ in tres partes. In prima deſcribit exercitum chal/
deorum contra hieruſalẽ venientẽ ⁊ eam in circuitu obſiden/
tem et vaſtantem. In ſecũda tangit quedam peccata populi
ꝓpter que affligi meruit. ſ. calumniã et contemptũ audiendi
verbũ dei ⁊ auariciam ſacerdotũ ⁊ dolum: ibi: Omnis ca/
lumnia. In tertia iterum cõnumerat aduentum chaldeorũ
contra hieruſalẽ/ excitãs iudeos vt ſe in munitiõibus tuean/
tur: ibi: Hec dicit domin⁹. Dicit ergo ꝓpheta ad popu/
lum d ¶Cõfortamini filij beniamin. Loquit̃ duabus
tribub⁹ ironice: ſic̃ quãdo in ciuitate ſunt multa cibaria ⁊ mul/
ti defenſores: ⁊ ciuitas eſt fortis ⁊ munita: tunc confortant̃ ci/
ues: Sic dicit eis ironice: Cõfortamini filij beniamin:
q. d. in veritate nõ poteſtis confortari: quia hec non habetis.
Et nota q̃ tota ciuitas hieruſalẽ erat diuiſa duabus tribub⁹:
quia mons ſion in quo erat arx erat in tribu iude: Ciuitas au/
tem que in decliui montis erat/ erat in tribu beniamin. Et ita
in diuerſis ſortibus erat ſita: ſm̃ diuerſas ſui partes. Et ideo
dicit: e ¶In medio hieruſalẽ: per hoc tangens tribum
iuda: q2 mons erat q̃ſi in medio ciuitatis q̃ erat in tribu iuda.
f ¶Et in thecua clangite buccina. Thecua quoddam
caſtꝝ erat/ quod erat in via per quã venit nabuchodonoſor i
hieruſalẽ: q̃d erat ſitum/ vt dicit Hieronym⁹/ duodecim mi/
liarib⁹ a hieruſalẽ: inter q̃d ⁊ hieruſalẽ ioſias fuit vict⁹/ vt di.
g ¶Et ſup bethacaren leuate vexillũ. Bethacaren ali⁹
eſt viculus ſitus inter hieruſalẽ ⁊ thecuam: ſm̃ Hieronymũ:
qui erat ſimiliter in via per quã venerũt chaldei. Quaſi ergo
diceret iudeis: arma capite ad vos defendendũ cõtra hoſtes
per hũc locum venientes: ⁊ clangite tubis ⁊ vexilla leuate ad
vocãdum populos veſtros/ vel in ſignum victorie. Et eſt to
tum hoc ironia. h ¶Quia malũ viſum eſt ab aquilo/
ne ⁊ cõtritio magna/ oppreſſionis infligendũ ab hoſtib⁹.
Moraliter Moraliter: d ¶Filij beniamin. i. o vos oẽs boni qui
eſtis filij dextere: id eſt filij dei per creationẽ ⁊ gratiã: ſed tñ
filij ſunt ſiniſtre qui nõ niſi per naturam ſunt filij. Uel/ Filij
beniamin: id eſt filij chriſti: qui eſt filius dextere. i. dei pa/
tris: ad cui⁹ ſedet dexterã. Uel filij ſunt dextere: qui in tribu/
latione ſũt: filij ſiniſtre/ qui in ꝓſperitate. Et ideo illi ſedebũt
ad dexteram iudicis/ qui hic dexteram dilexerunt: illi autem
ad eius ſiniſtram/ qui eam amauerũt. Et ideo ita chare debet
homo amplecti dexteram/ ⁊ cõtemnere ſiniſtram: ſicut chare
vellent tranſire ſi poſſent illi qui tunc erunt in ſiniſtra ad dex/
teram. Unde Sap. iiij. d. Uenient in cogitatione peccatorũ
ſuorum timidi: ⁊ traducẽt illos ex aduerſo. ſ. ad dexteram/ ne
ad eam poſſint tranſire iniquitates ipſorum. d ¶Confor/
tamini/ ad preliandũ contra mundũ/ carnem/ diabolũ: qui
ſignificant̃ p tres hoſtes ſalomõis. iij. Reg. xi. Itẽ. j. Ma/
chab. ij. g. Uos ergo
filij cõfortamini et vi/
rilit̃ agite i lege Et. j.
Machab. iij. g. Ac/
cingimini ⁊ eſtote filij
potentes: ⁊ eſtote pa/
rati i mane vt pugne/
tis aduerſus nationes
has que conuenerunt
diſperdere nos ⁊ ſan/
cta noſtra: quoniã me/
lius eſt nos mori i bel
lo q̃ videre mala gen/
tis noſtre et ſanctorum. f ¶Thecua/ interpretatur tuba:
per quam ſignificantur predicatores ⁊ doctores qui vocant
ad preliandum. g ¶Bethacaren/ interpretatur villa vi/
nee: et ſignificat religionem: que putatur ⁊ excolitur magno
labore/ per diſciplinarũ ⁊ ieiuniorum aſperitatem. Continue
enim in ea fiunt putationes/ cum in materialib⁹ vineis non fi/
ant niſi ſemel. A religione etiam debet exire vinum: vt om/
nino inebriet per predicationem ⁊ exemplũ. Tuba vel bucci/
na clangit̃ ad educendum exercitum. Inde eleuatur vexillum
ad quod ſe congregat: quia per p̄dicatores debent tanq̃ per
tubam educi et conuocari exercitus: et ad hoc inuitandi ſunt
p̄dicatores vt hoc faciant. Religio autem eſt locus ad quem
debent conuocari. Eſa. xiij. a. Super montẽ caliginoſum le/
uate ſignum: tanq̃. ſ. ad quod debet conuocari exercitus: ex/
altate vocem: leuate manũ/ quaſi hoc opere ⁊ p̄dicatiõe aliq̃s
nunciate. h ¶Quia malũ viſum eſt ab aquilone: id
eſt a diabolo: a quo dependet omne malũ: vt dicit̃. ẽ. j. c. Et
ſuper thecuam ⁊ bethacaren leuandũ eſt ſignum ⁊ tuba clan/
gendũ: id eſt clericis ⁊ laicis p̄dicanda ẽ penitentia: vt per eã
pugnent contra diabolum. i ¶Specioſe: ꝓpter pulchra
valde edificia que ibi erãt. k ¶Et delicate: que moleſti⁹
fert tribulationes q̃ non delicata. Sic iudei ꝓpter abundan/
tiã quã habuerãt moleſtius tulerunt captiuitatẽ: Uñ di. deli/
cata/ ꝓpter temporaliũ abũdantiã quã habuerũt. l ¶Aſſimi
laui filiam ſion: id eſt hieruſalem que erat ſub protectiõe
montis ſion: ſicut filia ſub ꝓtectione matris. Hanc ergo aſſi/
milat ſpecioſe ⁊ delicate mulieri: ad quã tanq̃ ad mulierẽ cor/
rumpendã ⁊ polluendã amatores accedunt chaldeorum exer
citus: vt eam cõculcent et deuaſtent. Unde/ m ¶Ad eam
venient paſtores: id eſt principes chaldeorum. n ¶Et
greges eorum: id eſt eorum exercit⁹: qui dicunt̃ greges:
quia ſicut paſtor vbi vult gregem ſuum ducit: et ab eo facit
depaſci quã vult partem paſcue: Sic principes vbi volebãt
ſuos ſubditos ordinabant ⁊ faciebant ab eis obſideri: et vio/
lari quam partem ciuitatis volebant: ⁊ depaſcebãt vl̃ auferre
bant omnia bona ciuitatis. o ¶Fixerunt in ea tentoria
in circuitu: hieruſalẽ. ſ. ad obſidendam vrbẽ: ſicut paſtores
inuenientes locum aptum paſcuis/ ibi faciunt tentoria: ⁊ ma/
xime qui nõ habitant in domibus. p ¶Paſcet vnuſq̃ſq;
eos qui ſub manu ſua ſunt: id eſt ſub poteſtate ſua: qua/
ſi dabit eis ſtipendia vel ſumptus q̃ non oportebit eos rece/
dere ab obſidiõe ꝓpter victualiũ penuriã. Uel ſic: Ducet qui/
libet p̃nceps illos qui ſub poteſtate ſua ſunt ad vaſtandũ ciui/
tatẽ quacũq; parte volet: ſic̃ paſtor q̃ parte vult ducit gregẽ
ad depaſcẽdũ pratũ: q̃ſi diuerſi i diuerſis ptib⁹ expugnabãt.
Qui p̃ncipes ſiue paſtores ita dicẽt gregib⁹ ſiue familijs ſuis.

A a Sanctificate ſup eam bellū .i. ſanctū dicite h bellū eſſe: eo ꝙ iuſte impugnemꝰ hanc terrā. Uñ ſic dicentes/magis animāt ſubditos ad bellādū: quia oſtēdūt ſe iuſte bellare: et tñ peccauerūt mortaliter deſtruēdo ciuitatē: quia malo fine hoc fecerūt: ſicut qui honorat patrē ꝓpter vanamgloriam

a Sanctificāte ſuper eam bel
b lum: cōſurgitē ⁊ aſcēdamus
c in meridie. Ue nōbis qꝛ de
d clinauit dies: quia lōgiōres
e facte ſunt vmbre veſpi. Sūr
gite et aſcēdamus in nocte:
f et diſſipēmus domus eius:
Quia h dic dñs exercituū:
g h Cedite lignum eius: ⁊ fodi
i te circa hierlm aggerē. Hec
k ē ciuitās viſitatiōis: ōis calū
l nia i medio eiꝰ. Sic frigidā

ſolum/peccat mortaliter: licꝫ pceptum ſit patrē honorare. Et h dico ideo/qꝛ dic Glo. iō dicēt ſanctū bellū: qꝛ dñi impiū ē. Sed ꝯtra videt per Glo. q̄ dicit ſup Eſa. xxxvj. ꝙ domino permittente venit/et ipſo pꝛecipiente receſſit: ergo ſimiliter ⁊ nabuchodonoſor. Sol. Non valet: qꝛ ipſi nabuchodonoſor fuit inſpiratū ꝙ veniret/qḋ nō rapſaci: ſed magis ſennacherib. Uñ Eſa. xiij. a. vbi loquit de babylonijs: Ego mādaui ſanctificatis meis/⁊ vocaui fortes meos in ira mea. Uel poteſt dici ꝙ vterqꝫ venit dño pmittente nō pcipiente. Qꝛ aūt dicitur hic: domini imperium ē: intellige vt .ſ. iudei patiant: ſed nō ꝙ illi eos deſtruāt vel puniant: Sicut volūtas patris fuit chꝛiſtū pati vl' mori/ſꝫ nō iudeos illū occidere. Uel dic ꝙ dñi pceptū fuit: vt chaldei venirēt ⁊ punirēt iudeos: nec in h peccauerūt: ſꝫ i h ꝙ ex ipietate ⁊ zelo vindicte h fecerūt. Similiter ſumit ſanctificare vt hic Michee. iij. b. Si qs nō dederit in ore eoꝝ quippiā/ſanctificabūt ſup eū pliū. Dicētes/ b Conſurgite ⁊ aſcēdamus in meridie. i. nō in dolo ſed aperte: ⁊ in luce nō in nocte inſultū faciamus: q̄ſi fortes ſumus/nō oportet nos doloſe eos decipere ad capiendā ciuitatem: Uel ſic aperta eſt iuſticia/qua debent deſtrui iudei: et ideo ſecure eos impugnemus. c Ue nobis quia declinauit dies. Uox ē iudeoꝝ timentiū ꝓpter noctem: et ideo neſcimus quo fugere poſſimꝰ. Uel/quia declinauit dies: q̄ſi ſi tanta patimur per diem: q̄ta patiemur in nocte: vbi nullū remediū defenſionis vel fuge iuenire poterimꝰ. Uel ē vox chaldeoꝝ dolentiū ꝙ ñ potuerūt cōtinuare obſidionē ꝓpt noctē. d Quia lōgiores facte ſūt vmbre veſpi. In mane eñ ⁊ in veſpere lōgiores ſūt vmbre. Et iterū ſupple dicēt/ e Surgite ⁊ aſcēdamꝰ i nocte: q̄ſi etiā nocte ipugnemꝰ: qꝛ ipugnationē nō pfecimus de die. Ul' ꝑ hoc ꝙ dicit/in meridie/notat inſultū ⁊ impugnationū manifeſtationē. Per h ꝙ dic/in nocte/notat eoꝝ cōtinuationē. f Et diſſipemꝰ domꝰ eiꝰ: q̄ſi h pcepit nob: ⁊ iō de victoria ſecuri ſumꝰ. Uel ꝑ h ꝙ dicit/in nocte: oſtendūt ſuā audaciā: vt ſic notēt/nō beneficio tēporis/ſed magis ꝓprijs viribꝰ ſe vincere: q̄ſi vi capiemus ciuitatē. Multi eñ gentiles multū confidūt in tēpore: Uñ in plenilunio libentius obſidēt ciuitates/credētes ꝙ tūc eis non poſſit reſiſti. Sed iſti nō in tēpore/ſed in virtute cōfidunt magis. g Cedite lignum eius. i. arbores que ſunt circa ciuitatē ad faciendū machinas ⁊ habitacula ad manendū. h Et fodite circa hieruſalē aggerē. i. qui eſt circa ciuitatē: ſup quē eſt murus/vt cū foſſo aggere poſſint muri rimari. i. terra que ſub eis eſt fodi/et ſic murus habeat ſeparari ⁊ ſic ruat. Alia littera habet/fūdite: q̄ſi portate terrā ad implēda foſſata: vt ſic ad muros libere poſſitis accedere. Et per hoc notat: non ſtatim eſſe captā ciuitatē/ſed longam pceſſiſſe obſidionē. Non eñ fiunt talia/niſi longa credat eſſe obſidio. i Hec eſt ciuitas viſitationis. i. digna viſitatione: q̄ſi digna eſt vt viſitet per penam vel tribulationē. Uel ē ibi/viſionis: q̄ſi corā omibus deſtruet. k Omis calūnia in medio eius. i. aperte: id eſt falſa accuſatio vel incerta oppreſſio. Eccs. vij. b. Calumnia cōturbat ſapiētē et pdet robur cordis eiꝰ. Sed ſup illud Eſa. xxxiij. c. Qui proijcit auariciā ex calūnia: dicit Glo. ꝙ calumnia ē maximum pctm̄: qḋ intellige/ē valde magnū: qꝛ idolatria ē maius. Uñ ſup illud Ioh. xvj. b. Arguet mundū de pctō dic. Glo. ſcꝫ infidelitatis: quo manēte cetera manēt. l Sicut frigidam ⁊c. In ciſterna ſunt aque pluuiales: que ſemper magis ac magis frigeſcūt: ſic et ipſi in peccatis magis ac magis: quia omnis calor charitatis per peccatum cōſumitur. Uñ Math. xxiiij. b. Refrigeſcet charitas multoꝝ. Uñ boni ⁊ charitatiui vocantur ſpiritu feruentes: Ro. xij. c. Bene autem comparat malos ciſterne ſiue lacui: quia in profundum peccatorum merguntur. Pſ. Aſſimilabor deſcēdētibꝰ in lacū. Et alibi. Infixus ſum in limo pfūdi ⁊c. Et de h lacu ad lacum inferni pfundiſſimū deſcendēt. Uñ Eſa. xiiij. d. Uerumtamē detraheris in pfundū laci. Exo. xv. b. Submerſi ſunt q̄ſi plumbum in aquis vehemētibus. Peccatores eñ relicto fonte aque viue: fodiūt ſibi ciſternas diſſipatas: vt dicit Ie. ij. c. Hec frigiditas maxime locum habet in hereticis: q̄ vtinā eſſent aut calidi aut frigidi/aut crederent aut oīno nō crederēt: ſꝫ magis tepidi ſunt: qꝛ ſe bonis et chꝛiſtianis aſſimilāt vt eis magis credat. Sed q̄mō h malitia vocat frigiditas cū ſit ignis: Quia Iob. xxxj. b. Ignis eſt vſqꝫ ad cōſūptionē deuorās: qḋ dr̄ d luxuria. Et Iob. xv. d. Ignis deuorabit tabernacula eoꝝ qui libēter munera accipiunt. Et Iohel. j. d. Ignis deuorauit ſpecioſa deſerti. Et Pſ. Incēſa igni ⁊ ſuffoſſa. Ibi diſtiguit Augꝰ duas eſſe radices pctoꝝ. Solutio. Pctm̄ dicit frigꝰ vl' gelu: qꝛ ſicut gelu heterogenea cōglutinat

Pſ. 17.

†Pſ. 68.

Al. ꝓfundite.

B

Pſ. 79.

⁂ a Sanctificate ſuper eā bellū. Cū eñ certant p decimis habēdis ⁊ bonis pauperū rapiēdis/dicūt ſe defendere ius eccl'ie ſue: vñ hoc bellū reputant ſanctū. b Conſurgite et aſcēdamus in meridie: temporalis abundātie: Iō dauid timet ſibi ab altitudine diei: quia pflāt altiſſima venti: Sic etiā maxime inſidiat illis q̄ feruēt in charitate. Uñ Abakuc. j. d. Cibꝰ eius electus. Iob. xlj. d. Sub ipſo erunt radij ſolis et ſternet ſibi aurū quaſi lutū. c Ue nobis qꝛ declinauit dies ⁊c. Umbra veſpi ē vanitas mūdi. Sap. v. b. Oīa tranſierūt ſicut vmbra. Quā quidā prolongāt vſqꝫ ad mortē: ⁊ q̄to morti ꝓpinquiores: tāto ipſi ſūt vaniores: ſed iam moriētes dicūt: Ue nobis qꝛ declinauit dies vite noſtre. d Quia longiores facte ſunt vmbre veſperi. i. magis amplexati ſumus vanitatē mūdi. Pſ. Ut qd diligit' vanitatē ⁊ q̄ritis mendaciū. Thren. iiij. a. Filij ſion inclyti amicti auro primo: quō reputati ſūt in vaſa teſtea. Ibidē. Qui veſcebant voluptuoſe et nutriebant in croceis amplexati ſūt ſtercora. Hoc ergo dicit de eis qui quāto magis ſeneſcūt vel ad mortē tendunt: tanto magis inherēt tēporalibꝰ. Qñ dormiens in die ſurgit/reſpicit vmbrā ſuam: ⁊ qñ magna eſt/tūc ſcit ꝙ parum reſtat de die: ſic ſenibus quando vident tēporalia magis bona/ſignū eſt ꝙ prope mortē ſūt. Ul' c Ue nobis qꝛ declinauit dies: gratie. i. chꝛiſtꝰ: d Quia lōgiores facte ſūt vmbre veſpi. i. qꝛ creuit i nob amor vanitatꝭ ſcli. Q̄to ſol magꝭ declinat: tāto maior ē vmbra. Uñ ⁊ luna q̄to a ſole remotior: tāto apparet maior: ⁊ q̄to ꝓpinquior: tanto minor: ⁊ iō luna ſub pedibꝰ eiꝰ. Uñ Apoc. xij. a. Mulier amicta ſole: ⁊ luna ſub pedibꝰ eius. g Cedite lignū eiꝰ. i. arbores fructuoſas. i. bonos: ita dic diabolꝰ. Scit eñ diabolꝰ ꝙ arbor ceſa/fructū ñ fert: ſic homo a deo ſeparatꝰ vl' a fide. h Et fodite circa hierlm aggerē. i. tēporaliū cōgregationē. Qui fodit aggerē/terrā terre accumulat. Uñ fodere aggerē ē amorē tēporaliū terrene mēti imprimere: vl' diuitias diuitijs ⁊ redditꝰ redditibꝰ cōiūgere. Per talem aggerē capit ciuitas dei. Abakuc. j. c. Sup omnē mūnitionē ridebit ⁊ cōportabit aggerē ⁊ capiet eā. Iō dic Eſa. v. c. Ue qui cōiungitis domū ad domū/⁊ agrum agro copulatis. l Sicut frigidā facit ciſterna aquā ſuam ⁊c. Aqua pluuialis ñ omino ē frigida cū cadit: ſꝫ i ciſterna p moram tēporis magis infrigidat: ſic homo diu in pctō morando penitus congelat. Et ſicut aqua p motū incaleſcit: ſic homo per bonoꝝ operū exercitiū. Uñ: Et capiūt vitiū ni moueant aque.

Myſtice

Pſ. 55.
Ouidius de remedio amoris.

Pſ. 4.

h eterogenea conglutinat ⁊ q̄ſi congelat: ſic peccatū animā cū temporalibꝰ / ſicut gelu lignū cum lapide vel aqua. Sicut aūt ignis homogenea diſſoluit / vt cerā vel metalla: ſic pc̄m̄ animā a ſpūalibus frigidam: id eſt congelatam ⁊ induratam. a Iniq̄tas ⁊ vaſtitas audiet in ea. Iniq̄tas in deum.

b Et vaſtitas / depꝛedatio ad ꝓximū. Uel Iniq̄tas / aperta depꝛedatio per poteſtatem: et vaſtitas / latēs deſtructio ꝑ calliditatē. Al' Iniq̄tas et ꝓ id eſt vaſtitas: q2 iniq̄tas oīa vaſtat. c Corā me ſemꝑ infirmitas et plaga. i. ſemꝑ conſidero penas quibus affligā hieruſalē. Iniquitas enim cōuertet in infirmitatem: vaſtitas in plagā quibus percutiā hierl'm. d Erudire hieruſalem. i. per infirmitatē ⁊ plagā eruditionē accipe.

facit ciſterna aquā ſuam: ſic
frigidam fecit maliciā ſuam.
a b Iniquitas ⁊ vaſtitas audie
c tur in ea: corā me ſemꝑ infir
d mitas ⁊ plaga. Erudire hie
e ruſalē: ne forte recedat ani
f ma mea a te: ne forte ponā
g te deſertam terrā inhabita
h bilem. Hec dicit dominꝰ ex
i ercituū: Uſqꝫ ad racemum
k colligēt quaſi in vinea reliq
l as iſrael. Conuerte manum
tuam quaſi vindemiator ad
m cartallū. Cui loquar / et quē

Un̄ Septuaginta habēt: Per oēm dolorem et flagellū erudire hieruſalē. e Ne forte recedat anima mea a te. i. dilectio. Flagella eīm ⁊ correptiones ſigna ſūt paterne dilectionis. Un̄ Apoc. iij. d. Ego q̄s amo / arguo ⁊ caſtigo. Heb. xij. b. Flagellat deꝰ oēm filiū quē recipit. Jō dr̄ Ezech. xvj. e. Zelꝰ meꝰ receſſit a te: nō iraſcar tibi in ꝑpetuū. f Ne forte ponā te deſertā terrā / ab oī fertilitate. g Inhabitabilē / ab oī hoīe.

Myſtice ※ uant aque. Apoc. xvij. d. Aque multe populi multi. Joh. v. a. Angelus dn̄i deſcendebat in piſcinā / ⁊ mouebat aqua: ⁊ qui prior deſcēdebat in piſcinā poſt motionē aque / ſanus fiebat quacūqꝫ detinebat infirmitate. c Corā me ſemꝑ iniq̄tas ⁊ plaga. Dn̄s eīm tribulatos habet añ oculos ſuos ſicut pia mater filiū infirmū. Un̄ beatꝰ Egidiꝰ petijt ꝙ nūqꝫ ab eo recederet quedā infirmitas quā habebat / vt dn̄s in eū

Ps. 90. reſpiceret. Un̄ Ps. Cum ipſo ſum in tribulatiōe. Eccl. xj. b. Eſt homo marcidus egens recuperatiōe plus deficiēs virtute ⁊ abundās paupertate ⁊ oculus dei reſpexit illū. d Erudire hieruſalem. Judic. iij. a. He ſūt gētes quas dn̄s dereliquit vt erudiret in eis iſrael. e Ne forte recedat anima mea a te: per ſubtractionē omnis boni. f Ne forte ponam te deſertam terram inhabitabilē: per inflictionē oīs mali: propter quā nō poſſet ibi eſſe habitatio. i. quies / qđ erit ī iferno. h Hec dic dn̄s exercituū: vſqꝫ

Ad litteram ad racemū colligēt. Sicut locutus fuerat ſub metaphora paſtorū ⁊ gregum: ſic hic de eis loquit ſub metaphora vindemiatoꝝ. Sic eīm vindemiātes vindemiant ꝓ poſſe ſuo nec grana aliq̄ dimittūt niſi vilia ⁊ inutilia: Sic chaldei nō dimiſerūt ī vrbe niſi paupes ⁊ viles. Un̄ / i Uſqꝫ ad racemū colligēt: q̄ſi ſic ī vindemia relinquūt aliq̄ racemi vt viles ⁊ q̄ſi inutiles: ſic viles ⁊ paupes relicti ſūt a captiuitate: vt vinitores q̄dā ⁊ agricole: vt dr̄. iiij. Reg. vlt. c. k Quaſi in vinea reliq̄as iſrael. Uel reliq̄as vocat duas tribꝰ que ſunt q̄ſi relique reſpectu decē tribuum: vel li / vſqꝫ / eſt excluſiuū: vt intelligat ꝙ ſic nec racemꝰ relinq̄t ī vinea: ſic nec maiores ſolū / ſed ⁊ minores capti ſunt. Un̄. l Conuerte manū tuā quaſi vindemiator ad cartallū. Loquit ad exercitū chaldeoꝝ. Cartallus ē vas paruū qđ fit de aſſeribꝰ flexis ad modū dolij: in quo deferunt racemi calcaturi ad torcularia vel ad quadrigas. Si eīm deferrent in calathis q̄ fiūt de virgis vel iuncis / vinū efflueret: quia calcate ſunt vue: tamē in calathis prius ponūt: cū. ſ. abſcindunt de vite. Tūc eīm non ſunt calcate ſed adhuc dure / vñ nō fluit vinū: Sic chaldei prius vindemiauerūt eos ī hieruſalē q̄ſi in calathis. Deinde duxerunt in captiuitatē q̄ſi vindemiā cum cartallis ad torcular. Et intellige qđ dixit / q̄ſi vindemiator: ſic intelligit illud

Uſqꝫ ad racemū: q̄ſi ſic vindemiatoris manꝰ nō effugiūt niſi racemi inutiles: ſic nabuchodonoſoꝛ nō dimiſit in iudea niſi inutiles et debiles. Conuerte / ſꝫ manū tuam quaſi vindemiator ad cartallū: vt ſicut ille racemos ad toꝛcular trahit ī cartallo: ſic tu hierl'm captā trahe in babylonē.

n cōteſtabor / vt audiat? Ecce
incircūciſe aures eorū ⁊ au
o dire non poſſunt. Ecce ver
bum dn̄i factū eſt eis in op
p pꝛobriū: et n̄ ſuſcipiēt illud.
q Idcirco furore dn̄i plenus
r ſum: et laboraui ſuſtinens.
s t Effunde ſuper paruulū foris
v / et ſuper concilium iu
x uenum ſimul. Uir eīm cūm vxore capietur: ⁊ ſenex cum
y pleno dierum. Et tranſi
bunt domus eorum ad alte
ros / agri et vxores pariter:

m Cui loq̄r ⁊ quē ꝯteſtabor vt audiat: i. adiurabo: q̄ſi ſepe ⁊ pluries dixi eis ⁊ adiuraui et tñ nolunt me audire. n Ecce incircūciſe aures eoꝝ ⁊ audire non poſſūt. i. nolūt / ſꝫ cōtemnūt. Incircūciſas aures habere / eſt non intelligere p̄cepta dn̄i vel intellecta nō velle opere implere: q̄ſi aures habent ſurdas vel pctis velatas. Act. vij. f. Dura ceruice et incircūciſis cordibus et auribus / vos ſemꝑ ſpiritui ſctō reſtitiſtis.

C

Eſa. i. d. j. 15. b. Al. ... Al. ... Al. ...

Diabolus aūt eſt q̄ſi vindemiator in vinea dn̄i / ſed dn̄s non eſt niſi q̄ſi grapator. Ille enim accipit integras vuas. i. maiores ⁊ plures: ſed chriſtus nō niſi reliquias et viles ⁊ paucos. Abdie. j. b. Si vindemiatores introiſſent ad te: nonne ſaltē racemū reliq̄ſſent tibi? Michee. vij. a. Ue mihi quia factus ſum ſicut qui colligit in autumno racemos vindemie: nō eſt botrus ad comedendū. Diabolus eīm accipit magnos ⁊ groſſos. i. diuites ⁊ potētes: q̄ in facie mūdi videnť meliores: ſed dn̄o remanēt paupes ⁊ abiecti. Eſa. xxiiij. c. Quomō ſi pauce oliue que remanſerūt excutiant ex olea ⁊ racemi cū fuerit finita vindemia: hi leuabūt vocē ſuam ⁊ laudabūt. Per cartallum ſignificat obſtinatio / qua portat peccator ad torcular eterne damnationis. o Ecce verbū dn̄i factū eſt eis in opprobriū: quia illud cōtēnunt ⁊ deridēt / dicētes / Eſa. xxviij. c. Māda remanda. Jere. xx. b. Factus ē ſermo dn̄i in opprobriū ⁊ deriſū tota die: maxime v̄bū crucis qđ ꝑeuntibꝰ ſtulticia ē. j. Cor. j. c. Sic et verbum penitētie: q2 oēm eſcā abominata eſt anima eoꝝ. p Et / ideo / nō ſuſcipient illud. ſ. itellectu ⁊ affectu: qui ſunt due tabule cordis carnales in q̄bus debēt inſeri verba dn̄i. Prouerb. iij. a. Miſericordia ⁊ veritas ñ te deſerāt: circūda eas gutturi tuo ⁊ deſcribe eas in tabulis cordis tui: ⁊ inuenies gratiā ⁊ diſciplinā bonā corā deo ⁊ hominibꝰ. q Idcirco furore dn̄i plenus ſum: id ē furorē dn̄i plene ꝓuideo. Unde dicit ſe plenū furore / nō quo crucietur: ſed quē effundat in alios. Un̄. r Et laboraui ſuſtinens. ſ. furorē: q̄ſi nō poſſū cōtinere quin furorem in eos effundā / vel in eis effundēdū enunciē: quia pleniſſime hoc ꝓuideo: ⁊ cogit me ſpiritꝰ vel veritas hoc enūciare qđ video. Uel exponit de chriſto / ſm̄ illud Eſa. xliij. d. Laborare me feciſtis in iniquitatibus veſtris. s Effunde ⁊c. Loquitur dominus prophete: quaſi ex quo verba mea contemnunt / abundāter effundēdum eſſe in eis furorem meum per chaldeos enūcia. Uel dicit h' dn̄s exercitui chaldeoꝝ. Ps. (Ps. 106)

Effūde irā tuā in gētes / q̄ te nō nouerūt ⁊c. t Sup paruulū foris: q̄ſi ſuper eos qui ſunt extra ciuitatē moratos. (Ps. 78) v Et ſup conciliū iuuenū ſimul: q̄ſi ſup eos qui ſunt in ciuitate. q. d. nec multitudo ſiue cōciliū nec iuuētus eos defendet: q̄to ergo ſup reges ⁊ inueteratos effūdet furorē ſuū. Unde. x Uir eīm cū vxore capiet / ⁊ ſenex cū pleno dierū: q̄ſi nulli ſexui / nulli etati parcet. Per h' ꝙ dicit et ſenex cū pleno dieꝝ / patet ꝙ ſenectꝰ nō ē vltima etas: ſꝫ ſequitur decrepita etas. Simile in cātico Deut. xxxij. d. Foris vaſtabit eos gladius et intus pauor: iuuenē ſimul ac virginē lactentē cū homine ſene. Sic hodie caro cū ſpiritu / prelatus cum eccl'ia heu deſcendūt ad inferos. Un̄ Math. xv. b. Si cecꝰ cecū ducat ambo ī foueā cadūt. y Et trāſibūt domꝰ eoꝝ ad alteros

G eoꝝ ad alteros ⁊c̃. Threñ. vlt. a. Hereditas noſtra verſa ē ad alienos: dom⁹ nr̃e ad extraneos. a Quia extẽdam manũ meã. Qui manũ eleuat nõdũ ꝑcutit ſ3 minat᷑: ⁊ q̃nto magis eleuat᷑ man⁹ / tãto fortius ꝑcutit: ſic dñs tota die nob cõminat᷑: ſ3 nõ ꝓpter hoc a pctõ reſilim⁹: Ergo tãto atrocius ꝑcutiet: quãto magis hic minat᷑. Vl' / Extẽdam manũ meã. Iam ſecuris ad radicem poſita eſt: q̃ſi nõ / dũ ſecat: ſed tñ minatur. Eſa. ix. c. In omnibus his nõ eſt auerſus furor eius: ſed adhuc manus eius extẽta eſt. Ezech. xx. f. Manu forti ⁊ brachio extẽto ⁊ i furore effuſo regnabo ſup vos. b Super habitantes terrã dicit dñs. Vñ Apoc. viij. d. Ve ve ve habitãtibus in terra. Tales aũt ſunt iſti. Vñ ſequit᷑. c A minore q̃ppe vſq3 ad maiorẽ oẽs auaricie ſtudẽt: q̄ eſt radix oĩm maloꝝ: vt dr̃. j. Timoth. vj. b. vt ſumat᷑ auaricia / nõ tñ ꝓ amore pecunie / ſed ꝓ quacũq3 ↄcupiſcẽtia illicita. Duo em̃ ſunt in peccato. ſ. auerſio ab incõmutabili bono: ſm̃ q̄ ſupbia dicit᷑ initium oĩs mali: Eccl. x. b. Et cõuerſio ad cõmutabile bonũ: ſic cõcupiſcẽtia ſiue auaricia dicit᷑ radix oĩs mali. Vñ Aug⁹. Omne malũ ē ex ↄcupiſcẽtia. Vñ ſup illud Eccl. x. b. Initiũ oĩs peccati ē ſupbia: dic̃ Glo. Caueam⁹ ſupbiã et cupiditatẽ: nõ duo mala ſ3 vnũ. Dicit aũt Aug⁹. differẽtiã horũ duorũ principioꝝ in encheridion / dicẽs cupiditatẽ eſſe radicẽ oĩs mali origine ⁊ cauſalitate: ſuperbiã xo tẽpore ⁊ actione. Amos. ix. a. Percute cardinẽ ⁊ cõmoueant᷑ ſuplimi / naria. Auaricia em̃ in capite omniũ eſt. i. in eis q̄ ſunt capita. Eſa. lvj. d. Oẽs in viã ſuã declinauerũt: vnuſq̄ſq3 ad auariciã ſuã a ſummo vſq3 ad nouiſſimũ. Et h̄ dicit / quo ad laicos. d Et a ꝓpheta vſq3 ad ſacerdotẽ cuncti faciũt dolum: hoc quo ad clericos: q̄ ꝓphetant mendaciũ / et peruerſe exponũt legem que q̄rit᷑ a ſacerdotib⁹. Malach. ij. b. Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſciẽtiã ⁊ legem de ore eius requirũt. Aggei. ij. b. Interroga ſacerdotes legẽ. Prius aũt ponit ꝓphetã ⁊ poſt ſacerdotẽ: q2 vt. ſ. v. g. dr̃. Sacerdotes dictis illoꝝ applaudebãt: q̃ſi. ſ. ꝓphete ꝓphetabãt mendaciũ. Vñ de mẽdacio eoꝝ ſ3dit. e Et curabãt cõtritionẽ filie populi mei. i. hieruſalẽ: q̃ſi dicebãt q̄ nõ ↄtererent᷑ ab hoſtib⁹: vel faciebãt ꝑ dicta ſua q̄ non cõtererent᷑ de pctĩs ſuis ꝓpter. ſ. ſuas falſas ꝓmiſſiones. Vel / Curabãt cõtritionẽ. i. faciebant vt nõ timerẽt. Timore enim conuertebantur quidam iudei / quãdo audiebant cõminationes domini: ipſi autẽ per adulationes ſuas et falſas promiſſiones ſuas faciebant vt nõ timerent. Et hoc faciebãt / f Cum ignominia: que ſecuta eſt / quando accidit oppoſitũ ſuarũ falſarum ꝓmiſſionum. g Dicentes pax / in p̄ſenti: h Pax / in futuro. Sic multi mali p̄lati / vſurarq3 ⁊ alijs malis diuitibus ꝓmittũt bona. ſ. et pacẽ temporalẽ ⁊ pacem eternã / viuificãtes aĩas que moriunt᷑ ꝓpter pugillũ hordei ⁊ fragmẽ panis / mẽtiẽtes populo credenti mendacijs: vt dr̃ Ezech. xiij. c. i Cõfuſi ſunt: cũ interrogatione: q̃ſi nõ: q2 nõ ſunt cõtriti in ſcelerib⁹ ſuis. Vñ / k Quia abominationẽ fecerũt: ⁊ ideo cõfũdi vel erubeſcere deberẽt. Ezech. xliij. c. Oſtende domui iſrael templũ ⁊ cõfũdant᷑ in abominatiõib⁹ ſuis. Vel lege aſſertiue / i Cõfuſi ſũt. i. digni ſũt cõfũdi. k Quia abominationẽ fecerũt. Ro. vj. d. Quẽ fructũ habuiſtis i illis: in q̄b⁹ nũc erubeſcitis: Vel ponit᷑ antecedẽs ꝓ cõſequẽte. i. audiũt ꝓpter q̄ deberẽt cõfũdi. Scd̃m primã expoſitionẽ loq̄t᷑ de bona cõfuſione. Scd̃m duas alias / de mala: q2 Eccl. iiij. c. dr̃. Eſt cõfuſio adducens gloriã ⁊c̃. Vel q̄ dicit / cõfuſi ſunt: loquit᷑ ironice de bona confuſione. Unde ironiam exponit dicens. l Quinpotius confuſione non ſunt confuſi. Debet

j.8.d. — Eſa.56.d. — B

a quiã extendã manũ meã ſup
b habitantes terrã dicit dñs.
c A minorẽ q̃ppe vſq3 ad ma
d iorẽ oẽs auaricie ſtudẽt: ẽt a
ꝓpheta vſq3 ad ſacerdotem
e cuncti faciunt dolũ. Et curã
bant contritionẽ filie populi
f g mei cũ ignominiã / dicẽtẽs:
h pax pax / ⁊ nõ erat pax. Cõ
i k fuſi ſunt: quiã abominatio /
l nẽ fecerũt: Quinpõtius cõ
m fuſione non ſunt confuſi / ẽt
n erubeſcere neſcierunt. Quã
o obrem cadẽnt inter ruẽtes:
p in temporẽ viſitationis ſue
q corruẽnt dicit domin⁹. Hec
r dicit dñs: Statẽ ſuper vias
s t et audite / ẽt interrogate de
v ſemitis antiquis que ſit via
bona / et ambulate in ea:

em̃ vere penitẽs cõfũdi iteri⁹ ⁊ exteri⁹: vt operiat᷑ ſicᷓ diploide cõfuſione ſua. m Et erubeſcere neſcierũt. i. noluerũt: ſiue approbauerũt: ſm̃ illud: Noluit intelligere vt b̄n ageret: imo cõtemnũt omne bonũ ꝓpter nimiã mali ſui conſuetudinẽ. ſ. iij. b. Frons meretricis facta eſt tibi / noluiſti erubeſcere. Phus erubuit: ſalua res eſt. Durũ q̄ neſcire erubeſcere: q2 ſenſum nõ habuerunt mali. i. nõ ſenſerunt q̄ malũ erubeſcẽdũ ſit. Ideo em̃ peccatũ eis placet: q2 tñ ſufficiẽ eius exteriorẽ lingũt. Vñ Michee vlt. d. Lingũt puluerẽ ſicut ſerpẽtes. Sed ſi iteri⁹ morderẽt. ſ. aſpiciẽtes ⁊ peccati feditatẽ ⁊ dãnoſitatẽ ⁊ ſequẽtẽ penalitatẽ / bene ſentirent quid in eo diſpliceret. Tales ergo dati ſũt in reprobũ ſenſum: q2 nec fetorẽ ſentiũt in eo qd̃ ſumma imũdicia eſt. Cui⁹ ratio Ezech. viij. g. Replentes terrã iniq̄tate / cõuerſi ſunt ad irritandũ me: ⁊ ecce applicãt ramũ. ſ. tẽporaliũ / ad nares ſuas. Nec dolorẽ ſẽtiũt vbi tot ſũt puncture ⁊ ꝑcuſſiões q̃s īfert diabol⁹ ī pctõ. Vñ Prouerb. xxiij. d. Eris q̃ſi dormiẽs ī medio mari: ⁊ q̃ſi ſopit⁹ gubernator amiſſo clauo / ⁊ dices: Verberauerũt me ⁊ nõ ſẽſi. Nec dulcedinẽ ī eo qd̃ ſũme ſaporabile ē et dulce. ſ. in deo. Vñ: Guſtate et videte qm̃ ſuauiſ ē dñſ. Cui⁹ ratio: Quia corrupti ſũt ⁊ abomiabiles facti ſũt ī ſtudijs ſuis. Nec timorẽ ſẽtiũt vbi tot ⁊ tãta ſupplicia eminẽt. Vñ. j. xx. c. Cõfundent᷑ q2 nõ intellexerũt opprobriũ ſempiternũ: qd̃ nunq̄3 delebit᷑. n Quãobrem. ſ. propter hec oĩa mala. o Cadẽt inter ruentes: q̃ſi licz ꝑmũ ſtare viderent᷑. ſ. ſm̃ opinionẽ ſuam / ⁊ falſoꝝ ꝓphetarũ adulationẽ: tñ cadẽt vere inter ruentes. i. inter eos / qui peccatis irruunt. p In tp̄e viſitatiõis ſue. ſ. captiuitatis ⁊ iudicij futuri. q Corruẽt / in captiuitatẽ vel in infernũ: de quo nõ poterũt ſurgere: q̃ſi ruentib⁹ aſſociabunt᷑ nõ ſtantib⁹ / ⁊ ſic falſum eſſe reperiẽt qd̃ ꝓmittebant eis falſi ꝓphete. r State ſuper vias ⁊c̃. Quia poſſent aliqui dicere non eſt mirum ſi nos peccem⁹ ⁊ erremus / cũ tot habeam⁹ falſos ꝓphetas: ⁊ nõ p̄latos bonos / vel p̄dicatores. Ideo reſpõdet q̄ imo: q2 boni ꝓphete bene dicebãt eis v̄itatẽ. Vñ / State ſup vias: ſicut dicit᷑ illi qui nõ vadit viam rectã: ſiſte / attende q̄d facis: q̃ſi cõſiderate quo tenditis ꝑ ea q̄ facitis dũ colitis idola: q̃ſi anteq̄3 voluntatẽ ope impleatis / videte que ſit bona volũtas an nõ. s Et audite. i. diligẽter attẽdite. t Et iterrogate de ſemitis antiq̄s ⁊c̃. q̃ſi vt bonã inueniatis viã: et inuẽtã ambulet᷑: pri⁹ ad modũ viatorũ querite viã. Vl'. r State ⁊ iterrogate de ſemitis antiq̄s ⁊c̃. q̃ſi q̄ ſit via ſtrata vl' ſemita antiq̄⁹ facta: q̃ſi ⁊ vr̃as ↄuerſatiões ↄſiderate / ⁊ cõuerſatiões anteceſſoꝝ: ſi parẽtes vr̃i ſic fecerũt / vt ex ↄſideratiõe illoꝝ viã meli⁹ diligat᷑. Eſa. xxx. e. Audiẽt vocẽ poſt tergũ mouẽtis: hec ē via / ambulate in ea. Cito em̃ iuenit᷑ bona via eã q̄rẽti: q2 multoꝝ ſctõꝝ trita veſtigijs. Hoc ē qd̃ dicit᷑ Matth. xiij. f. q̄ bonus negociator q̄rit margaritas: et inuenta vna p̄cioſa. i. recta et certa via ad paradiſum / ꝓ illa cõparãda ſua oĩa dimittit. Threñ. iij. e. Scrutemur vias nr̃as ⁊ q̄ram⁹ ⁊ reuertamur ad dñm. Aggei. j. b. Ponite corda vr̃a ſup vias vr̃as. s Et interrogate. A q̄b⁹ debeat iterrogari via / dic̃ Iob. xxj. d. Interrogate quẽlibet de viatorib⁹: vt ab illis q̄ velociter currũt ad dñm / eã velociter ſciatis. Nõ debet aũt dedignari hõ viã q̄rere a cecis vl' cõtractis / licz nõ videãt vel nunq̄3 per viã eãt: tñ docere eã ſciũt. v Antiquis: q2 vt dicit᷑ vulgariter / Antiq̄ via melior ē ⁊ ſecurior. Cõtra illos qui ſemꝑ adinuentiões vanas in penitẽtia vel in religiõe adiueniũt: ⁊ fabricãt nouas religiões. Sed ꝓpẽ hec noue religiones iã facte q̃ſi odio habẽt᷑. Dicit᷑ Leuit. xxvj. b. Vetuſtiſſima veterũ comedetis: ⁊ nouis ſupuenietibus vetera ꝓjicietis. Religio em̃

Pſ.108. — Pſ.55. — Bl. ſ videte. — Pſ.33. — Pſ.13.et.52.

a Et nō dicet vltra ⁊c. q̄ſi min⁹ ⁊ antiquū miraculū obfuſcabit aduenīēte recētiori ⁊ maiori: q̄ꝛ nouis ſuperuenientib⁹/ vetera p̄terīūt ⁊ nō curant. b Sꝫ viuit dñs qui ⁊c. de terra aquilonis/ p licētiā datā a cyro rege perſaꝝ: c Et de B vniuerſis t̄ris ad q̄s eieci eos. Hoc reuera nunq̄ꝫ ſub cyro factū ē/ ſub quo tm̄ de chaldea ad iudeā ſunt reducti iudei: ſed ſub chriſto implebit hoc ī fine mundi: q̄n plenitudo gētiū intrauerit: ⁊ tūc oīs iſrl' ſalu⁹ erit. i. oīs ꝑplus chriſtian⁹: vt dr̄ Ro. xi. f. Qn̄ diſpſos iſraelis ꝯgregabit: tūc reuera oia bñficia terrena collata iudeis/ nihil reputabunt in reſpectu illi⁹ eterni bñficij. Un̄/ d Et reducā eos in terrā ſuā ⁊c. a q̄ eiecti fuerāt p parētū iobediētiā. Mich. ij. d. Cōgregatiōe cōgregabo iacob totū/ ī vnū cōducā reliquias iſrl'/ pariter q̄ſi gregē ī ouili ponā illū: q̄ſi pec⁹ ī medio caulaꝝ. Ezech. xxxiiij. c. Uiſitabo oues meas ⁊ liberabo eas de oib⁹ locis ī q̄b⁹ diſpſe fuerāt ī die nubis ⁊ caliginis: ⁊ educā eas de ꝑplis: ⁊ ꝯgregabo eas de t̄ris: ⁊ īducā eas ī t̄rā ſuā: ⁊ paſcā eas in mōtib⁹ iſrl' in riuis ⁊ ī cūctis ſedib⁹ t̄re: ⁊ in paſcuis vberrimis paſcā eas: ibi requieſcēt ī herbis virētib⁹. Myſtice Uel p terrā hāc ſignificat eccl'ia militās: q̄ multū melior q̄ꝫ t̄ra egypti. Sancti em̄ apl'i ⁊ patres ꝓmitiue eccleſie erāt ī t̄ra aquilonis. i. diaboli ante ꝯuerſionē ſuā: ſed mō ſunt p̄ncipes eccl'ie nr̄e: q̄ ꝓmiſſa fuit eis in patrib⁹ antiq̄s ſpūalit tanq̄ꝫ veris heredib⁹ abrahe: hi em̄ ſūt filij ꝓmiſſiōis. Uel terra egypti eſt tenebre infidelitatis ⁊ ignorātie: Interp̄tat em̄ tenebre. Hoc fecit dñs ī p̄ncipio eccleſie ſue: q̄n peccabāt homīes ex ignorātia/ veritatē neſciētes: ſꝫ mō neceſſe eſſet ꝙ eos educeret de t̄ra aquilonis. i. frigiditate ⁊ duricia pctōꝝ: in quib⁹ ex certa ſcientia obſtinati ſunt. Uel t̄ra egypti eſt pctm̄: terra aquilonis penalitas: a qua nos eduxit ī morte ſua ⁊ iuſtificatiōe nr̄a: a ſecūda nos educet in glificatiōe eterna. e Ecce ego mittā: q̄ſi anteq̄ꝫ reducant de captiuitate/ oportet ꝙ captiuent. Et oñdit h̄ duplex captiuitas. Prima p chaldeos: ſecūda p romanos. f Piſcatores multos ⁊ piſcabunt eos. ſ. chaldei iudeos/ in p̄mo aduētu q̄n venerūt ad hierl'm h Et poſt hec mittā eis multos venatores. i. romanos/ i vltima eoꝝ captiuitate poſt chriſti reſurrectionē. Ul' dicit chaldeos: qui ſecūdo veniētes in hierl'm/ eā penit⁹ deſtruxerūt. i Et venabūt eos de omi mōte ⁊c. q̄ꝛ venati ſūt iudeos: q̄ſdā ī mōtib⁹: q̄ſdā ī collib⁹: q̄ſdā ī cauernis ⁊ vbicūq̄ꝫ latitabāt. m Quia oculi mei ſup oēs vias eoꝝ. ſ. ad puniendū: vt li/ ſup/ notet oppōſitionē. Uel. i. ꝯſideraui eoꝝ peccata ꝓpt q̄ eos puniā. Un̄/ n Non ſunt abſcondite ⁊c. et/ ideo/ reddā p̄mū duplices. i. penā ꝓ pctīs eoꝝ: q̄ fuerūt duplicia ī reſpectu eoꝝ q̄ cognitionē dei nō habuerūt: Et h̄ in eodē genere pctī dico. Primū/ anteq̄ꝫ bñficiū reductiōis p̄ſtē eis. Ul'. i. infligā eis duplicē penā: vnā ꝓ peccatis cōmiſſis: aliā ꝓ ꝯtēptu penitētie: q̄ꝛ admoniti a ꝓphis ⁊ cognoſcētes pctm̄ ſuū nolebāt illō dimittere. Ul' duplex iniq̄tas ē q̄ peccauerūt ꝯ legē naturalē: ⁊ ꝯ ſcriptā. Uel q̄ꝛ peccauerūt in ſe ⁊ ꝯ deū ⁊ ī ꝓximū p malū exemplū. Et ꝓpt h̄ dicit: p Iniq̄tates ⁊ peccata eoꝝ: q̄ꝛ cōtamīauerūt t̄rā meā ī morticinis idolorū. i. in ſacrificijs īmolatis ipſis idolis: q̄b⁹ illa venerabant: ſic corrūpētes oēs hītatores t̄re mee. Et h̄ eſt: Et abominatiōib⁹ ⁊c. Myſtice/ exponit h̄ de apl'is: q̄ꝛ multi ad litterā fuerūt piſcatores: vt petr⁹ ⁊ andreas/ iacob⁹/ iohānes. Unde/ e Ecce ego mittā piſcatores multos. Matth. iiij. c. Ambulās ieſus iuxta mare galilee vidit duos fratres/ ſimonē q̄ vocat petr⁹/ ⁊ andreā fratrē ei⁹: mittētes rete ī mare: erāt em̄ piſcatores. Alij aūt erāt venatores: vt philipp⁹ ⁊ nathanael: q̄ erāt de bethſaida: qđ interp̄tat dom⁹ venatiōis. Hos miſit dñs piſcari ⁊ venari hoīes. Unde Matth. iiij. d. Uenite poſt me faciā vos fieri piſcatores hoīm. Myſtice Hoc etiā exponit de oīb⁹ p̄dicatoribus: quos mittit dñs ꝯ tres hoſtes p̄ncipales extirpādos. ſ. luxuriā/ ſupbiā/ auariciā: quib⁹ diabol⁹ totū mūdum fere illaqueauit: propter quod diabolus tribus nominib⁹ vocat/ Iob. xl. ſ. bos/ vt ibi: Fenum q̄ſi bos comedet. ſ. q̄n temptat p luxuriā. Itē ſerpēs/ q̄n tēptat de auaricia. Un̄: Nūq̄d poteris extrahere leuiathā hamo? Itē auis/ q̄n p ſupbiā temptat. Un̄: Nūq̄d illudes ei q̄ſi aui? e Ecce ego mittā: nō ibunt ſua aucte. Un̄ Ro. x. c. Quō p̄dicabūt niſi mittantur? g Et piſcabūt eos: de aq̄s diuitiaꝝ ⁊ delitiaꝝ eos extrahētes. Piſcatores ſūt parui p̄dicatores: venatores magni p̄dicatores: q̄ capiūt feras. i. magnos pctōres. i Et venabunt eos de omi mōte/ ſupbie. k Et de oī colle/ auaricie. l Et de cauernis petraꝝ/ luxurie. Sed q̄ꝛ piſcatores ⁊ venatores paꝝ capiūt: iō cōquerūt/ Luc. v. b. Preceptor p totā noctē laborātes nihil cepim⁹. Sed ꝯſiliū dñi ē vt ducāt ī altū vel mittāt ad dexterā nauigij rete: vt dr̄ Ioh. xxi. b. Ducere ī altū ē ī p̄dicatiōe nō q̄rere niſi dei gl'iā. Mittere ī dexterā nauigij rete/ ē nihil ſiniſtꝝ dicere. i. nihil adulatoriū/ nullā veritatis palliationē: ſꝫ pure dicere veritatē ſine appetitu placētie hoīm. Sꝫ iō q̄ꝛ nullos vel paucos piſcant hodie: dr̄ Eſa. xix. b. Merebūt piſcatores ⁊ lugebūt oēs mittētes ī flumē hamū. Plures em̄ hodie piſcat diabol⁹ q̄ꝫ deus. Abacuk. i. d. Facies hoīs q̄ſi piſces maris: ⁊ q̄ſi reptile non habēs p̄ncipē: totū in hamū ſubleuauit. Diabol⁹ etiā ē venator. Eſt aūt duplex venatio. ſ. auiū ⁊ feraꝝ. Uenator auiū eſt capiēdo ſupbos. Uenator feraꝝ capiendo luxurioſos. Eccl'i. xiij. c. Uenatio leōis ē onager ī heremo. Sꝫ dr̄ bono venatori: Geñ. xxvij. a. Tolle arma tua/ pharetrā ⁊ arcū ⁊ affer mihi de venatione tua: vt bñdicat tibi aīa mea. Sicut ⁊ angelico miſterio fiet iudiciū/ i Uenabunt/ ſanctos/ de omi mōte. i. ſcie eminētia: k De omi colle/ operū bonoꝝ: l De cauernis petraꝝ. i. de hūilitate/ vel paſſiōis chriſti memoria. Tales em̄ trāſferēt angeli ī eternū palatiū. Sꝫ oportet ꝙ p̄us purgent accipiētes ī p̄ſenti q̄ meruerūt. Et h̄ eſt: o Et reddā p̄mū duplices: qđ exponit de clericis: q̄ q̄ꝛ ſciēter peccant: Errant em̄ corde: vt Abacuk. ij. c. Et peccauit aīa tua: iō dicūt dupliciter peccare. ſ. ī cōpatiōe laicoꝝ. Un̄ Luc. xij. f. Seru⁹ ſciens volūtatē dñi et nō faciens/ plagis vapulabit multis. Heb. x. c. Uolūtarie nobis peccātib⁹ nō relinquit hoſtia ꝓ peccatis. Et h̄: q Quia cōtaminauerūt t̄rā ⁊c. i. eccl'iā. Un̄. ſ. ij. b. Induxi vos in t̄rā carmeli: ⁊ ingreſſi cōtaminaſtis eā. Ideo ſim⁹ in mōte et in colle et in cauernis petrarū/ ſi volum⁹ trāſferri ad gl'iam. Oculi em̄ dñi ſup tales ſūt: ſꝫm illud: Oculi dñi ſup iuſtos. n Nō ſunt abſcōdite Pſ. 33. a facie mea ⁊c. Boni em̄ ſunt corā facie dñi: ſed mali nō. Un̄/ adā p⁹ pctm̄ abſcōdit ſe: q̄ſi. ſ. q̄ꝛ ꝯſcia ſua remordebat: ſꝫ boni nō. Un̄. i. Ioh. iij. d. Si cor nr̄m nō rep̄hēdit nos/ fiduciā habem⁹ ad deū: vt q̄cq̄d petierim⁹ accipiam⁹ ab eo: q̄m mādata ei⁹ cuſtodim⁹. Cū aūt hō poſtq̄ꝫ ſemel peccauit/ poſtea ad ꝑfectā ⁊ obſtinatā maliciā tranſit: tūc non abſcōdit a facie dñi: ſꝫ oīno egredit: vt de cain: Geñ. iiij. c. Egreſſ⁹ ē a facie dñi. r Dñe fortitudo mea ⁊c. Hinc viſa dei iuſticia in captiuitate ꝑpli

in captiuitate populi/ ⁊ miſericordia i eiuſdē liberatiōe: excla/
mat propheta de vtroqꝫ admirans: a Fortitudo mea
et robur meum/ in captiuando populum. b Et refu/
gium meum in die tribulationis/ liberando. Unde c
Ad te gentes venient. Sic deus eſt noſtra fortitudo/ ꝓ/
tegendo cōtra hoſtes ⁊ peccata: robur/ virtutem conferendo
⁊ operibꝰ confirmādo: refugiū/ poſt pctā ad pœnitentiā reuo/
cādo. ij. Regl. xxij. a.

Dñs petra mea ⁊ ro/
bur meū: ſaluator meꝰ
deꝰ dñs fortꝭ ſperabo
in eū. c Ad te ve/
nient gentes. ſ. per
fidē ad chriſtū/ iudeis
a regno expulſis. Uñ
dr ad eccleſiā/ Eſa. lx.
a. Filij tui de lōge venī
ent: ⁊ filię tuę de latere
ſurgēt. Eſa. ij. a. Fluēt
ad eū oēs gētes.

a dō mea et robur meū ⁊ refu/
b giū meū in die tribulationis.
c Ad tē gentes venient ab ex/
d trēmis terrę/ et dicent: Uerē
e mēdaciū poſſederūt patres
noſtri: vanitatē/ quę eis non
f ꝓfuit. Nūquid faciet ſibi hō
deos: ⁊ ipſi nō ſūt dij? Idcir
g co ecce ego oſtēdā eiſ ꝑ vicē
h hāc: oſtēdā eis manū meā et
i vtutē meā: ⁊ ſciēt qꝛ nomē
mihi dñs. Capi. XVII.
k l P Eccatū iuda ſcptum
eſt ſtilo ferreo in vn/
m n gūe adamātino: exāra
o tū ſup lātitudinē cordiſ eoꝝ:

d Ab extremis terę. i. ꝑ extremos terrę. ſ.
viles ⁊ abiectos apl'os. Eſa. xxiiij. c. A finibꝰ terrę audiuimꝰ.
Uñ. Matth. xj. d. Abſcōdiſti hec a ſapiētibꝰ ⁊ prudētibꝰ ⁊ reue
laſti ea paruulis. Ioh. vj. b. fragmenta repoſita ſunt i cophi/
nis. ſ. ſubtilis ſapiētię intelligētia in hūilibꝰ ⁊ abiectis ꝑſonis.
Iob. xl. d. Nūquid alligabis eū ancillis tuis? Prouer. ix. a.
Miſit ancillas ſuas: qſi nō epos vl' nobiles/ vt vocaret arcē.
Uñ. iij. Regl. xx. c. dixit ꝓpha ad achab: Ego tradā hāc mlti/
tudinē i manu tua hodie. Et ait achab: Per quē? Et dixit ei.
Per pediſſeqs ꝑncipū ꝓuinciaꝝ. e Uere mendacium
poſſederunt patres noſtri ⁊c. i. idola et falſa et erronea
dogmata. Ul' hoc dicūt iudei poſtqꝫ viderūt ſe ꝑ peccata ab/
iectos: Mēdaciū. i. ſpē falſā in ꝓmiſſiōibꝰ pſeudo. f Nū/
quid faciet ſibi homo deos ⁊c. quaſi ſtultū eſt hoc cre/
dere ꝙ homo poſſit facere deum/ cum deus magis ſit omniū
hominū creator. Adorant eñ idolatrę opera manuū ſuarū:
ſic ⁊ omnes qui creaturas illicite diligunt. g Idcirco ec/
ce ego oſtendā eis ꝑ vicem hanc. i. potentiā: quia hac
vice ꝑfecte ⁊ plene captiuabunt. Uel de gentibꝰ cōuerſis/ h
Oſtēdam eis manū meam. i. meipſum/ dicit filius/ per
quē pater omnia operat/ ſicut homo per manū vel brachiū.
Eſa. liij. a. Brachiū dñi cui reuelatū eſt. j. Cor'. j. d. Chriſtū
dei virtutē. Oſtendā/ ꝑ fidē in ꝑſenti: ⁊ veritatꝭ exhibitionē
in futuro. Quicqd eñ oſtēdi iudeis/ oſtēdi ꝑ vmbrā ⁊ figurā.
Uel/ Oſtendā/ i futuro ꝑ viſionē manifeſtā: qꝛ nō ſe oſtēdit
hic niſi ꝑ ſpeculū et ęnigma. i Et ſciet. Uñ. ij. Cor'. iij. d.
Nos reuelata facie gliā dñi ſpeculātes i eandē imaginē trāſ/
formamur a claritate i claritatē. Ul'/ Manū/ miſericordię: q̄
eſt hic clauſa bonis: ſicut et manū iuſticię oſtēdet malis q̄ hic
clauſa eſt eis: qñ manus dñi erit ſuꝑ eos extenta. Tunc enim
Pſ. 9. cognoſcet dominus iudicia faciēs: ⁊ manus eius inueniet ini/
Pſ. 20. micis ſuis. Expo. Capi. XVII.

P Eccatū iuda ⁊c. Hoc capitulū in ſeptē ꝑtes diui/
dit. Primo peccatū idolatrię in cordibꝰ eoꝝ ſcriptū
idelebilit/ ⁊ i aris eoꝝ exaratū recitat. Secūdo pctm
vanę cōfidētię eoꝝ improbat: qꝛ ꝯfidebāt i hoie. i. i egypto.
Egyptꝰ eñ hō ⁊ nō deꝰ: vt dr Eſa. xxxj. b. ibi: Maledictꝰ
hō qui cōfidit i hoie. Tertio ne oēs hac maledictiōe cre/
dant eſſe inuoluti/ quoſdā iudeoꝝ q̄ cōfidebāt in dño bñdicē/
dos: ⁊ ad melius fructificandū aſſerit eos tranſplātandos ſuꝑ
aquas babylonis: Boni eñ ad hoc captiuati ſunt vt poſtmo
dū amplꝰ fructificarēt: ibi: Bñdictꝰ vir. Quarto ne oñs
iudei hāc bñdictionē ꝓmittāt ibi/ ꝓ eo ꝙ ſe ꝯfidere in dño di/
cāt: ꝓpheta i ꝑſona dñi rñdet/ dicēs: ꝙ nō ē ita: Non eñ pñt
eū decipe/ licꝫ habeāt coꝛ ꝓfundū ⁊ hoibꝰ inſcrutabile. Ipſe
eñ cogitatiōes ⁊ affectiōes eoꝝ cognoſcit/ vias eoꝝ ⁊ adinuē
tiōes eoꝝ ꝓſpicit: quoꝝ ſtulticiā ꝑdici compat/ q̄ fouit partū
alienū: ⁊ ſō ab eo cū adoleuerit derelinquit poſtmodū: ſic ipſi
cōgregabunt diuitias ad rapinā/ q̄ cito ſūt ab eis auferēdę ꝑ
chaldęos: ibi: Prauū eſt coꝛ homis. Quīto oñſo qd ma
lis acciderit ſub figura ꝑdicis ꝓpter ſtulticiā derelictis/ dicit
bonos ad priſtinā gloriā templi ⁊ ciuitatis hierlm quā expe/

ctabāt reuerſuros: ſicut ecōtrario malos ad cōfuſionē aſſecu/
turos/ pro eo ꝙ dominū dereliquerūt: ibi: Solium glorię.
Sexto ꝓpheta paſſus a populo opprobria/ et crebro inſidijs
circūuentꝰ/ a domino ſaluari ⁊ curari cupit/ cuius vera eſt ſa/
lus ⁊ vera medicina: ſuam quoqꝫ patientiā ⁊ rectitudinē do/
mino oſtēdens/ ⁊ eoꝝ econtrario irriſiones ⁊ ꝑſecutiōes/ im/
precat eis duplicē contritionē: ibi: Sana me dñe. Septi/
mo/ quia dixerāt: vbi
eſt verbū domini: in/
iūgit dominꝰ ꝓphetę
vt pergat ad locū ce/
leberrimū/ vel porta/
rum vrbis vel templi:
ꝑ quas ꝑncipes ⁊ vul
gus ingredit et egre/
dit: vt neceſſitate co/
gant audire verbū do
mini qđ irriſorie req/
rebāt: primoqꝫ eis ꝓ/
ponat legꝭ et ſabbati obſeruātiā: ⁊ eorū ecōtrario trāſgreſſio/
nem/ ꝑmiaqꝫ obſeruātium/ ⁊ pœnā trāſgredientiū oſtēdat: ibi:
Hęc dicit dñs ad me. Dicit ergo: k Peccatū iu/
da. Quia prius loquebat de cōuerſione gentiū: poſſet quis
quęrere: quare ita repellit iudęos ⁊ gētes aſſummit: Reſpō/
det: propter obſtinationē ipſoꝝ iudęorū. Uñ/ l Scriptū
eſt ſtilo ferreo: id eſt non delebit ſicut illud quod ſcribitur
ſtilo ferreo. Unde Iob. xix. d. Quis mihi tribuat vt ſcri/
bant ſermones mei? Quis mihi det vt exarent in libro ſtilo
ferreo ⁊c. m In vngue adamantino. i. diligenter et
aperte vl' plane. Sed peccatū gentium iam deletum eſt: quia
conuerſę ſunt ad deum: ſed peccatū iudęorum obſtinatum eſt
nec vnqꝫ delendum: ſicut adamas indomabilis et infrangibi/
lis: et planiciem inſuper habet: et ideo dicit vnguis vt in eo
poſſit ſcribi ſtilo duriſſimo/ id eſt ferreo: vt ſic ſcriptura ſem/
per duret. Et loquitur metaphorice. q. d. apud ſententiā dei
peccatū iudęorum ſine fine manebit/ vt nunqꝫ ab eiꝰ memo/
ria auellatur. ſ. per diſtrictionis irrecuperabilis inflictionem.
n Exaratū: id eſt ſcriptum vel expſſum: o Super la/
titudinē cordis eoꝝ/ quo ad peccatū infidelitatis cordis.
Et in cornibus

Myſtice: k Peccatū iuda: id eſt clericorum: qui Myſtice
ſunt pauciores quo ad malos qꝫ laici. l Scriptum eſt
ſtilo ferreo: quaſi malicia indurata. m In vngue ada/
mantino. i. in obſtinato et infrangibili et manifeſto: et ideo
dicit vnguis. Adamas autē durus eſt. Uñ Zach. vij. c. Ag/
grauauerunt aures ſuas ne audirent: ⁊ coꝛ ſuum poſuerūt vt
adamantē: i quo nihil poteſt ſcribi. Sed i corde carneo: id eſt
dulci ⁊ tractabili poteſt ſcribi. De q̄ Ezech. xxxvj. f. Auferā
coꝛ lapideū de carne veſtra: ⁊ dabo vobis coꝛ carneū. Unde:
Audi iſrael pręcepta mea ⁊ ea in corde tuo qſi in libro ſcribe.
Liber fit de ꝑgameno a carne ſeparato/ et in duo ligna extē/
ſo ⁊ exiccato: ⁊ depilato ⁊ raſo ⁊ pumicato: ⁊ ſic fit aptum ſcri
pturę recipiendę: Sic coꝛ hominis debet a carnalitate ſepa/
rari per contritionem: depilari per confeſſionē: extendi inter
lignum crucis ⁊ feretrum mortis: ⁊ ibi deſiccari a prauo hu/
more cōcupiſcētię: deinde debet radi ꝑ opa pœnitētię: vt ſūt
ieiunium/ diſciplinę/ vigilię ⁊ huiuſmodi: ⁊ pumicari per om/
niū terrenorū abiectionē: ⁊ ſic in eo poterit ſcribi lex. Sꝫ coꝛ
noſtrū duriꝰ eſt qꝫ adamas: qꝛ etſi adamas tūſionibꝰ nō fran/
gat: tamen ſanguine hirci frangit: ſed nos nec chriſti paſſiōis
memoria emolliri poſſumus. Sed dicit Exo. xxxij. d. ꝙ poſt
qꝫ ſcripta fuerūt ꝟba dñi i tabulis lapideis/ fregit eaſ moyſes:
ſic eos qui hic lapidei ſunt confringet dominus in inferno: ſcꝫ
virga ferrea. Sed. ij. Corinth. iij. a. dicitur de bonis: Uos
epiſtola eſtis chriſti miniſtrata a nobis et ſcripta non atra/
mento ſed ſpiritu dei viui: non in tabulis lapideis: ſed in tabu
lis cordis carnalibus. Stilus ferreus qui peccatum in corde
ſcribit eſt conſenſus in malum: qui edomat omnē bonam vo/
luntatem. n Exaratum ſuper latitudinem cor/
dis eorum: id eſt ſuper coꝛ eorum dilatatū omni malicię ꝑ/
petrandę. Eſa. v. d. Propterea dilatauit infernꝰ animā ſuā.
Et in cornibus

a Et in cornibus ararū eoꝝ: quo ad peccatū operū: qꝛ ſanguine hoſtiarū tangebant cornu altaris imolando idolis. Quia notabilia ⁊ euidentia ſunt eorum peccata: dicunt̃ ſcribi in cornibus altaris. Et nota eorum peccatum indelebile: non quia nō poſſit deleri: ſed quia vix: ſicut peccatum in ſpiritum ſanctum irremiſſibile eſt. b Cum recordati fuerint filij eorum ararum ſuarum: quaſi hec eſt cauſa propter quā deſtruentur: quia. ſ. recordabitur araꝝ ſuarū/ vt in eis ſacrificēt. c Et lucorum lignorūq; frondentiū ⁊c̃. i. nemoꝝ cōdēſoꝝ in quib⁹ ſacrificabāt. Hoc dicit: qꝛ qñ īueniebāt platanū vl̃ alias pulchras arbores ⁊ frōdoſas ⁊ i loco pulchro: q̄ſi ꝓ deo eas habebāt: ⁊ ſb eis ſacrificabāt: vel in honore alicu⁹ idoli. d Sacrificātes i agro: q̄ſi etiā ſacrificātes in agro: e Fortitudinē tuā. i. fortia caſtra ⁊ fortes homies. f Et oēs theſauros tuos ⁊c̃. Ē. xv. c. Theſauros tuos in direptionē dabo. Naū. ij. c. Diripite argentū/ diripite aurū. g Excelſa tua. i. phana q̄ ſunt ī excelſis/ ſupple dabo i direptionē. h Et relinq̄ris ſola ⁊c̃. quia nō iudei ſed chaldei poſſidebunt eam. Thren. j. a. Quō ſedet ſola ciuitas ⁊c̃. l Qm̄ ignē. i. iram meam vl̃ tribulationem: m Succēdiſti in furore meo/ ꝑ peccata tua. Eſa. l. d. Ambulate in lumie ignis vr̃i: ⁊ in flāmis quas ſuccēdiſtis: n Uſq; in eternū ardebit/ vobis.

a b	⁊ in cornib⁹ ararū eoꝝ. Cūm
	recordati fuerint filij eorum
c	ararum ſuarum et lucorum
	lignorūq; frondentiū in mō-
d	tibus excelſis: ſacrificātes in
e f	agro fortitudinē tuā: et ōm̄s
	theſauros tuos in direptio-
g	nē dabo: Excelſa tua ꝓpter
	peccata in vniuerſis finibus
h	tuis. Et relinqueris ſola ab
	hereditate tua quā dedi tibi:
i	⁊ ſeruire te faciā inimicis tuis
k	in t̃rā quā ignoras. Qm̄ ig-
l m	nē ſuccēdiſti i furore meo/
n	vſq; in eternū ardebit. Hec
o	dicit dn̄s: Maledict⁹ hō q̄
p q	cōfidit in hōie: et pōnit car-
r s	nē brāchiū ſuū: ⁊ a dn̄o rece-
t	dit cor ei⁹. Erit ēm̄ q̄ſi myri-
v	ce i deſerto: et nō vidēbit cū
x	venerit bonū: ſed habitābit
	in ſiccitate i deſerto i t̃ra ſal-
y	ſuginis ⁊ ihabitābili. Bn̄di-
z a	ctus vir q̄ cōnfidit in dn̄o: et
b c	ērit dn̄s fidūcia ei⁹. Et ērit q̄-
d e	ſi lignū qd̄ trāſplātat̃ ſup aq̄s

Myſtice a Et in cornib⁹ araꝝ eoꝝ. i. in cordib⁹ anguloſis: vbi demonib⁹ ſacrificat̃. Uł h̄ ꝓprie dr̃ ꝯ illos q̄ aurea faciunt altaria ⁊ aureos calices de bonis pauperū. Eſa. xxx. e. Cōtaminabis laminas ſculptiliū argēti tui: ⁊ veſtimentū cōflatilis auri tui: ⁊ diſpges ea ſic imūdiciā mēſtruate. b Cū recordati fuerit filij eoꝝ/ ꝑ imitationē. c Araꝝ ſuaꝝ ⁊ lucoꝝ lignorūq; frōdētiū ⁊c̃. i. dignitatū q̄s appetūt vehement̃. e Fortitudinē tuā ⁊ oēs theſauros tuos i direptionē dabo. Hoc dicit̃ ꝯ clericos in mōtib⁹ ⁊ in agris ſacrificātes. i. i magnis ⁊ i paruis eccleſijs/ dignitates ⁊ bn̄ficia multiplicātes: quoꝝ tpalia i futuro oino diripient̃. Ezech. vij. e. Argentū eoꝝ foris ꝓijciet̃: ⁊ aurū eoꝝ i ſterquilinīū erit. Argentū eoꝝ et aurū eoꝝ non valebit liberare eos in die furoris dn̄i. g Excelſa tua ꝓpter peccata ⁊c̃. i. dignitas eccleſiaſtica ꝓpter peccatū clericoꝝ deſtruet̃. Ro. ij. d. Nomē dei ꝑ vos int̃ gētes blaſphemat̃. i Et ſeruire te faciā inimicis tuis. i. carni/ mūdo/ diabolo. k In terra quā ignoras. ſ. in t̃ra peccati. Un̄ Baruch. iij. b. Quid eſt iſrl̃ q̄ in t̃ra inimicoꝝ es: l Qm̄ ignē ſuccēdiſti i furore meo ⁊c̃. Deut. xxxij. c. Ignis ſuccēſus ē in furore meo: ⁊ ardebit vſq; ad inferni nouiſſima. Eſa. xxxiij. b. Cōcipietis ardorē ⁊ parietis ſtipulā: ſpūs vr̃ vt ignis deuorabit vos. i. mala voluntas vr̃a. o Maledict⁹ hō q̄ cōfidit ⁊c̃. Hic redarguit eos qui cū nō eſſent idolatre/ cōſiliū tamē dederūt vt inirēt fedus cū egyptijs: et ideo qꝛ cōfidebāt in egyptijs ꝓpter pharaonē nechao/ maledicti erāt. p In homie. ſ. puro: ad differētiā chriſti: vt. ſ. in puro homie ponat̃ ſpes venie vl̃ grē impetrāde: licꝫ ſpes auxilij in ſanctis poſſit poni. Un̄: Leuaui oculos meos i mōtes/ vnde veniet auxiliū mihi. Uel p In homine. i. in potētia ⁊ ſapiā hūana: q Et ponit carnē brachiū ſuū. i. poſſe qd̄ habet in opib⁹ bonis/ ſibi attribuit/ vel ſue potētie. Uel/ q Ponit carnē. i. generis nobilitatē dicit/ r Brachiū ſuū. i. fortitudinē ſuā. Multi ḡ maledicti ſunt: qꝛ cōfidūt in potētia ⁊ ſapiā hūana ⁊ nobilitate generis. Baruch. iij. b. Ubi ſūt ꝑncipes gentiū: ⁊ q̄ dn̄ant̃ ſup beſtias q̄ ſt ſup t̃rā: q̄ auꝝ theſaurizāt ⁊ argētū i q̄ ɔfidūt hoīes: ⁊ nō Ps. 120.

eſt finis acq̄ſitiōis eoꝝ: s Et a dn̄o recedit cor eius. Nō em̄ pōt eē finis t̃renoꝝ cū deo vel cū ſpūalib⁹. Matth. vj. c. Ubi ē theſaur⁹ tu⁹ ibi ē ⁊ cor tuū. j. eodē. b. Recedētes a te i t̃ra ſcribent̃. Jdeoq; hec ɔfidētia hūana ſepat a deo. Unde Mich. vij. a. Nolite cōfidere i duce: ⁊ nolite credere amico. Ps. Bonū ē ɔfidere i dn̄o q̄ȝ ɔfidere i ꝑncipib⁹. Un̄. j. Machab. viij. c. habet̃ de iuda: cui cū i oib⁹ factis ſuis ꝓſpe ſꝑ accideret ſ poſtq̄ȝ ɔfederationē et amicitiā fecit cū romāis nūq̄ȝ ei bn̄ p⁹ea accidit. t Erit em̄ q̄ſi myrice in deſerto: q̄ fetēt ⁊ ſine fructu ſūt/ licꝫ habeāt viriditatē: ⁊ quib⁹ purgant̃ dom⁹. Sic iudei fetebūt propter malā opinionem et inutiles erūt ⁊ ſine fructu tpaliū ⁊ ſpūaliū: licꝫ ante habuerūt ꝓſperitatē tranſitoriā: ⁊ viliſſimi reputabūt̃: q̄ſi purgamentū dom⁹. Talis ē hō carnalis florēs hic in tpalib⁹/ ſ infructuoſus in ſpūalib⁹: et ſꝑ iuxta terram arid⁹ verſans: ſicut myrica iuxt̃ t̃rā aridā ſꝑ ſerpit/ nec in altū creſcens. Ps. Oculos ſuos ſtatuerūt declinare in terrā. j. xlviij. b. Date florem moab: qꝛ florens egrediet̃. Un̄/ v Et nō videbit cū venerit bonū: qꝛ etſi in hyeme virēs ſit myrica: tamē cum venerit eſtas non dabit fructum. x Sed habitabit in ſiccitate in deſerto in t̃ra ſalſuginis: qꝛ in ſabulo ſolēt naſci: q̄ terra valde infructuoſa eſt: qꝛ nimiū arida. y Et ideo/ inhabitabili: ꝓpter bonoꝝ inopiā. Sic peccator/ non videbit cum venerit bonum. ſ. eterne felicitatis. Un̄ Eſa. xxvj. b. Tollat̃ impi⁹ ne videat gloriā dei. Talis aūt nō videbit bona in t̃ra viuentiū: ſed ipſe erit i terra: nō tm̄ morientiū/ qualis eſt vita p̄ſens: ſed in terra mortuoꝝ. i. i inferno: qui vocat̃ hic deſertū/ ꝓpter ois boni carentiā: ⁊ inhabitabilis ꝓpter omnis mali preſentiam/ ꝓpter qd̄ erit horribilis. Et habetur hic argumentū q̄ inter omnia peccata/ ſupbia magis damnoſa ē: que ita ab omni bono ſpūali hominē euacuat. Superbia enim ē: nō in deo/ ſed in ſe/ vl̃ in aliq̄ tēporali cōfidere. Ezech. xxviij. e. Eleuatū ē cor tuū in robore tuo et i decore tuo. Et id̄ vt ibi ſequit̃. In t̃rā proieci te: an̄ faciē regū dedi te. Dicit̃ t̃ra ſalſuginis/ ꝓpter bene volēdi vel operādi impoſſibilitatē: ſic myrica/ nihil valet niſi ad cōburendū. De hac ſalſugine dicit̃ Soph. ij. c. Siccitas ſpinaꝝ ⁊ aceruī ſalis et deſertū vſq; in eternum. Ualet tamē myrica ad purgandū domū/ ⁊ pueros verberandū: ſic ꝑ malos cum affligunt̃ boni inde purgant̃. z Bn̄dict⁹ vir ⁊c̃. q̄ſi nō oēs de iudeis ſūt maledicti: qꝛ etſi oēs iudei ducant̃ in captiuitatē/ tm̄ differēter: qꝛ mali vt cōſument̃: boni autē vt magis fructificent: ſic arbor trāſplantat̃ vt magis fructificet. Preterea multi boni de captiuitate redibūt: ſed nō mali. Ideo dr̃ Prouer. xj. d. Qui confidit in diuitijs ſuis corruet: iuſti autē q̄ſi virens foliū germinabunt. Talis dicit̃ vir. i. viriliter agens. ſ. cōtra carnē/ mundū/ diabolū. a Qui cōfidit/ toto corde/ in domino. Ps. Jacta cogitatum tuum in dn̄o: ⁊ ipſe te enutriet. Eſa. xl. g. Qui ſpāt i dn̄o mutabūt fortitudinē ⁊c̃. b Et erit dn̄s: nō caro nō mūd⁹: c Fiducia ei⁹/ tā in ꝓſpis q̄ȝ in aduerſia. d Et erit q̄ſi lignū qd̄ trāſplātat̃. Ois iuſt⁹ anteq̄ȝ fructū faciat trāſplantat̃ de terra culpe in terrā grē. Eph. v. b. Eratis aliq̄n tenebre: nūc aūt lux i dn̄o. j. Pet. ij. d. Eratis ſic oues errātes: ſ ɔuerſi eſtis nūc ad paſtorē ⁊ epm aīaꝝ vr̃aꝝ. Qui ſic nō trāſplantat̃/ poſtea trāſplantabit̃ de t̃ra grē in t̃rā glīe. Ro. vj. a. Si cōplātati facti ſum⁹ ſilitudini mortis ei⁹: ſil̃ ⁊ reſurrectiōis erim⁹. e Sup aq̄s/ grāꝝ vl̃ doctrinaꝝ vl̃ tribulationū. Niſi his aq̄s irrigemur/ nō bn̄ poſſum⁹ fructificare. Ezech. xlvij. c. Sup torrētē orit̃ i ripis ex vtraq; pte lignū pomiferū: nō defluet

Ps. 117. — Je. 58. a. — B — Ps. 1. — Ps. 16. — Ps. 54.

pomiferꝫ: nō deſluet foliū ex eo: ⁊ nō deficiet fructꝰ eiꝰ: ꝑ ſingu
los mēſes afferet ꝑmitiua: q2 aq̄ eiꝰ de ſanctuario egredient:
⁊ erūt fructus eius in cibum ⁊ folia in medicinā. a Qđ ad
humorē / gratie dei in quā ſperat. Job. xiiij. b. Lignū habet
ſpem: ſi preciſum fuerit / rurſum vireſcit ⁊c. ad odorem aque
germinabit. b Mittit radices ſuas / bone cogitatiōis
vel ꝓpoſiti. d Et
erit foliū eius vi/
ride. i. verbū efficax
et medicinale. Ezech.
xlvij. c. Erūt fructus
eius in cibum: et folia
†Pſ. i. in medicinā. Pſ. Et
foliū eius nō deſluet.
Al. †Profūdū Et hoc eſt: quia erat
lignū plantatū ſecus
decurſus aquarum: et
ideo fructū ſuum da/
bit in tempore ſuo. ſ.
oportuno: qñ. ſ. erit tēpus q̄etis finito tempore laboris. Nō
enim venit eſtas vel fructus niſi finita hyeme. c Et non
timebit cū venerit eſtus. ſ. ꝑſecutiōis ꝑſentis / vel iudicij
futuri furor: quia firmiter talis radicatus eſt ad humorē gra/
tie / vt nō ad quēcūq; ventū moueat vel ad eſtū areſcat. Non
eīm ſuper petrā ſed in terram bonam cecidit: vt dicit Matth.
xiij. e Et in tempore ſiccitatis. Tunc eſt ſiccitas: qñ
dominꝰ iratꝰ populo ſuo / mādat nubibus. i. apoſtolis ⁊ p̄di/
catoribus / ne pluāt ſup illum imbrē doctrine: vt dicit Eſa. v.
b. Quia ꝓpter peccata populi ſepe claudit deꝰ ora p̄dicantiū.
Vñ Ezech. iij. g. Linguā tuā adherere faciam palato tuo: et
eris tacēs / nec quaſi vir obiurgans: q2 domus exaſperās eſt.
f Non erit ſollicitū / mūdana ſollicitudine: q̄ animā ſuffo
cat: ſic ſpine ſemen ſeminatū i terra mala. Matth. vj. d. Ne
ſolliciti ſitis anime veſtre quid māducetis: neq; corpori vr̄o
quid induamini. g Nec aliqñ deſinet facere fructū /
bonorum operū: ſicut ficus cui maledixit dominus: Matth.
xxj. b. Per quā ſignificant iudei ⁊ omnes hypocrite. In ea
enim nō inuenit dominꝰ niſi folia / ⁊ ait: Nunq; ex te naſcatur
fructus in ſempiternū: ⁊ areſacta eſt continuo ficulnea: vt ibi
dicit. Ideo tam iudei q̄ hypocrite aridi ſunt ab omni humo/
re deuotionis. Juſtus ergo magis eſt lignū pomiferū: quod
per ſingulos menſes affert primitiua: vt dicit Ezech. xlvij. c.
quia oritur ſuper torrentē: cuius aque egrediunt de ſanctua/
rio. Apoc. xxij. a. Oſtēdit mihi flumē aque viue: ⁊ ex vtraq;
parte fluminis lignum vite afferens fructus duodecim / ꝑ ſin/
gulos menſes reddens fructum ſuum. g Nec aliqñ deſi/
net: q̄ſi ſemꝑ facit. Nō ē ergo bonū lignū nec bene radicatū:
qui in bono non ꝑſeuerat. Vel exponit de fructu vite eterne:
qui nunq; deſinet: quādo ſancti in tempore famis. ſ. inferna/
liū / ſaturabunt: quā habebūt q̄ nunq; deſinēt laborare. Gal.
vj. c. Bonū autē facientes nō deficiamus: tempore enim ſuo
metemus nō deficientes. h Prauū eſt cor homis ⁊c.
Ne poſſint dicere: nos oēs ſumus benedicti: quia confidi/
mus in domino: Ideo dominus reſpondet: quia licꝫ cor ho/
minis ſit ꝓfundum: ⁊ ideo homies ſeſe inuicē decipere poſ/
ſint: me tamē non poteſt homo decipe: quia ego ſcrutor cor/
da. Luc. vj. b. Ipſe eīm ſciebat cogitationes eorū. h Pra/
uū / quo ad effectū: i Et inſcrutabile / quo ad intellectū.
k Ego dominꝰ / ſolus ⁊ nō alius: l Scrutans cor ⁊
ꝓbans renes. i. ſciens cogitationes ⁊ examinās affectio/
nes. Prouer. xvj. a. Spirituū ponderator eſt dominꝰ. Tan/
te eīm tenebre ſunt poſite ſuꝑ faciem abyſſi. i. cordis humani:
vt nec etiam homo propriam conſcientiam poſſit ſcrutari.
Vñ. j. Corinth. iiij. a. Nihil mihi cōſcius ſū. Prouer. xx. b.
Quis poteſt dicere: mūdū ē cor meū / purꝰ ſū a peccato? Et
poſt pauca. Quis hoīm poteſt itelligere viā ſuā? Sꝫ de dño
dr̄ Eccl. xxiij. c. Oculi eiꝰ lucidiores ſole circūſpicientes oēs
vias hoīm. Prouer. xxiiij. b. Qui inſpector ē cordis / ipſe cō/
ſiderat: ⁊ ſeruatorē aīe tue nihil fallit. Septuaginta ſic habēt:
Profundū eſt cor hominis ⁊ inſcrutabile: Quod expoſuerūt
quidam de chriſto: ſic: id eſt nemo myſteriū natiuitatis chri/

a b qđ ad humorē mittit radices
c ſuas: ⁊ nō timebit cū venerit
d eſtus. Et erit foliū eiꝰ viride:
e f et in tēpore ſiccitatis nō erit
g ſollicitū: nec aliqñ deſinet fa
h cere fructum. †Prauū ē cor
i homis ⁊ inſcrutabile: Quis
k cognoſcet illud? Ego domi/
l nus ſcrutās cor ⁊ ꝓbans re/
m nes: q̄ dō vnicuiq; iuxta viā
n ſuā: ⁊ iuxta fructū adinuētio/
o p nū ſuaꝝ. Perdix fouit q̄ nō
q r peperit / Fecit diuitias ⁊ nō
s t in iudiciō. In†dimidiō dieꝝ
ſuorū derelinquet eas: et in
v nouiſſimo ſuo erit inſipiēs.

ſti hominis potuit ſcire. Unde Eſa. liij. c. Generationem eiꝰ
quis enarrabit? Sed ſolꝰ deꝰ hoc nouit. m Qui do vni/
cuiq; iuxta viā ſuā. i. iuxta oꝑa ſua: quibꝰ itur ad deū: vel a
deo recedit. n Et iuxta fructū adinuētionū ſuaꝝ. i. iuxta
noua oꝑa ſua bona vel mala ſubtilit cogitata. Sicut eīm mul/
tū diſplicēt deo adinuētiōes maloꝝ: ita placēt ei adinuētiōes
bonorū. Qđ ē 3 illos
q̄ reꝑhendūt noua bo/ Apoc. ij. i.
na faciētes. Eſa. iij. b.
Dicite iuſto qm̄ bene:
qm̄ fructū adinuētio/
nū ſuaꝝ comedet. Ve
impio i malū: retribu/
tio eīm manuū eiꝰ fiet
ei. o Perdix fouit Al. tmedi
q̄ nō pepit. Ad lraꝫ
oua aliena. ſ. alterꝰ ꝑ/
dicis. r Fecit diui/
tias. i. pullos: quaſi
ſimilit o vos iudei / multa nō veſtra ꝑ rapinā cōgregaſtis: que
chaldei rapient cito. Et hoc eſt t In dimidio dieꝝ ſuo
rū derelinquet eas / vel / derelinquet eā. ſ. pulli ꝑdicē.
v Et i nouiſſimo ſuo erit inſipiēs. i. apparebit q̄ ſtul/
ta fuit fouendo aliena oua. Sic apparebit iudeis q̄ inſipiētes
fuerūt rapiēdo aliena que ꝑdiderūt ita cito. Sic eīm ad litterā
eſt de perdice q̄ oua ſurripit aliena ⁊ incubat ſuꝑ ea et fouet:
Cuiꝰ vocem cū audierint pulli qñ fiunt adulti / ſtatim fugiunt
auolātes ab alieno parente: qđ videns ꝑdix / ſe fatuā reputat:
tunc magis triſtis / q̄ ante gaudens de partu illorum pulloꝝ.
Sic myſtice: diabolꝰ ꝑ hereticos cōgregat que non pepe/ Myſtice
rit. i. animas ſimpliciū: quos laqueo prauitatis heretice cōpre/
hendunt. Hoc autē faciūt non ex iudicio. i. iuſto dei cōſilio:
ſed ꝑ chriſti gratiā cōuerſi derelinquēt hunc ꝑdicē: vt in no/
uiſſimo ſuo ſint inſipiētes. ſ. ꝑ reputationē: quia dicētes ſe ꝓ
ſe eſſe ſapientes / ſtulti facti ſunt. Vñ. j. Corinth. iij. d. Si quis
vult eſſe ſapiens / ſtultus fiat vt ſit ſapiens: quia ſapientia hu/
ius mundi ſtulticia eſt apud deū. Vel / o Perdix / eſt frau/
dulētus: vel ſtultus auarꝰ: Qui / p Fouit / vel cōgregat: q
Que nō pepit / aliena rapiēdo. r Fecit diuitias: falſas
⁊ trāſitorias ⁊ nō veras ⁊ ꝑmanētes. s Et nō i iudicio / ſꝫ
in iniuſticia ⁊ fraude ⁊ violētia. Abacuk. ij. c. Ve q̄ cōgregat
auariciā malā domui ſue. ij. xxij. d. Ve q̄ edificat domū ſuam
in iniuſticia: ⁊ cenacula ſua nō in iudicio: amicū ſuū opprimet
fruſtra ⁊ mercedē eius nō reddet ei. t In dimidio die/
rū ſuoꝝ derelinquet eas. Unde Pſ. Viri ſanguinū et Pſ. 54.
doloſi non dimidiabūt dies ſuos. Unde Luc. xij. c. Stulte
hac nocte animā tuā repetūt a te: quia ſepe ſubita morte ra/
piunt. Eccs. iiij. b. Vnꝰ eſt ⁊ ſecūdū nō habet: nō filium nō
fratrē: ⁊ tamē laborare nō ceſſat: nec ſaturant oculi eius diui/
tijs / nec recogitat dicens: Cui laboro: ⁊ fraudo animā meam
bonis? Eccs. vj. a. Eſt et aliud malū qđ vidi ſub ſole / ⁊ quidē
frequēs apud homies: Vir cui dedit deꝰ diuitias ⁊ ſubſtātiā
⁊ honorē: ⁊ nihil deeſt anime ſue ex omnibus q̄ deſiderat: nec
tribuit ei poteſtatē deꝰ vt comedat ex eo: ſꝫ hō extraneus vo/
rabit illđ. Jō dr̄. j. Timoth. vj. d. Diuitibꝰ huiꝰ ſeculi p̄cipe
nō ſublime ſapere: neq; ſperare in incerto diuitiarū. Mediū
dierū auari eſt in culpa: ⁊ aliud erit in pena. v Et in no/
uiſſimo ſuo erit inſipiēs: q̄ ꝯgregādo diuitias modo vi/
det ſapiēs: ſꝫ tūc qñ videbit q̄ diuitie ſue nō poterūt eū iuua/
re: ſꝫ magiſ ipediēt / apparebit iſipiēs. Tūc eīm dicet illđ Sap.
v. b. Lumē ſapie nō luxit nob: qđ nob ꝓfuit ſuꝑbia: aut diui/
tiaꝝ iactātia / qđ cōtulit nob? Vñ. ij. Reg. xxij. d. Filij alieni
deſluxerūt ⁊ ꝯtrahent i anguſtijs ſuis. Eſa. vij. a. Noli time/
re: ⁊ cor tuū ne formidet a duabꝰ caudis titionū fumigātium
iſtoꝝ. Titio i p̄ncipio ardet: ſꝫ in fine dekrimū fumū emittit:
Sic mō auari ardēt igne cupiditatis: ſꝫ i fine fumū amare cō/
pūctiōis emittēt. ſ. itra ſe gemētes ⁊ ꝑ āguſtia ſpūs. ſ. qñ vide/
būt oīa i qbꝰ hic delectari ſūt trāſire ſic vmbrā. Jō dr̄ Eccl.
v. a. Noli attēdere ad poſſeſſiōes iniquas: ⁊ ne dixeris: ē m̄ ſufficiēs
vita: nihil eīm ꝓderit i die vidicte ⁊ obductiōis. Eccl. ix. c. Nō
zeles glīā ⁊ opes peccatoris: nō eīm ſcis q̄ ſit futura illiꝰ ſubuerſio.

a b Sõliũ glorie altitũdinis a
c ꝑncipio/lõcus ſanctificatio/
d nis noſtre/expẽctatio iſrãel.
e D ñe om̃s qui te dereliquũt
f g cõfundẽnt: recẽdẽtes a te in
h terra ſcribent: qm̃ dẽrelique
rũt venam aquarũ viuentiũ
i k dñm. Sanã me dñe et ſanã/
bor: ſaluũ me fac/ ⁊ ſaluꝰ ero:
l m qm̃ lãus mea tu es. Eccẽ ip/
ſi dicũt ad me: Ubi eſt v̇bũ
n o dñi: Ueñiat. Et egõ non ſũ
turbatꝰ te paſtorẽ ſequẽs: et
p q diẽm hois nõ deſidẽraui: tũ
r s ſcis. Qð ẽgreſſũ ẽ de labijs
meis: rectũ i ↄſpectu tuo fuit.

a Soliũ glorie ⁊c. Dicto quid malis acciderit/ dicit quid
bonis accidet. q. d. ſic mali captiuabuntur: ſed/ d Expe/
ctatio iſrael. i. bonoꝝ videntiũ deũ: eſt/ a Soliũ glorie:
id eſt ipſa hieruſalẽ que fuit ſoliũ dei. i. boni iudei expectant
ꝙ hierlm reſtituaꝛ: vt ſit ſoliũ glie dei/ ſic priꝰ fuit: qñ i ea ha/
bitabat ſup ꝓpitiato/
riũ: et in fumo et in nu
be apparebat in tẽplo.
Glorie dico/ b Al/
titudis a ꝑncipio:
id eſt ipſi expectabũt
ꝙ ita alta ⁊ nobilis ſit
ſicut fuit a principio.
c Locus. i. ipſi ex/
pectabũt ꝙ hieruſalẽ
ſit locus/ ſanctifica/
tionis noſtre. i. dei
ſanctificãtis ipſos vel
nos: ſicut fuit a ꝑncipio: quãdo ibi habitabat per miraculorũ
oſtẽſionẽ. Uel ſic: c Locus ſanctificatiõis nr̃e. i. ado/
rationis ⁊ culture: ꝑ que deꝰ in nobis fuit quõdam ſanctifica/
tus. i. ſanctus ⁊ glorioſus oſtenſus: vt vocet hieruſalẽ locus
ſanctificatiõis/ quo ad ſacerdotes ⁊ leuitas templi miniſtros:
ſolium autẽ glorie/ quo ad reges ⁊ principes: ꝑ quos tunc iu/
Myſtice diciũ exercebat. Et myſtice: d Iſrael. i. vidẽs deũ ꝑ fi/
dem: debet expectare/ a Soliũ glorie. i. vt ſedeat deus
in eo exercẽdo ꝑ eum iudicia ſua. Illi eñ ſoli ſunt digni iudi/
Phil. 3. d. care alios: qui ſunt ſoliũ dei: q̇ꝛ cõuerſatio in celis eſt. Quia
nõ niſi celũ eſt ſedes dei: vt dr̃ Eſa. vlt. a. j. Cor. ij. d. Spiri
tualis homo oĩa dijudicat. Uel ſic: d Expectatio iſrl̃:
id eſt oĩm credentiũ: eſt/ a Soliũ glorie altitudinis. i.
ipſe chriſtus: q̇ eſt thronꝰ glorioſus ⁊ excelſus omniũ chriſti/
anorũ. i. ſuſtẽtator omniũ: ſicut de helia dicit. iiij. Reg. ij. b.
ꝙ ẽ ipe currꝰ iſrl̃. i. eiꝰ ſuſtẽtator. Qui ẽ et/ c Locꝰ ſctifica/
tiõis nr̃e. i. ſctificatio nr̃a. s. xiiij. d. Solij glie tue recordare
ne irritũ facias pactum tuũ nobiſcũ. i. chriſti recordare aduo/
cati noſtri/ te ꝓ nobis interpellãtis. e Dñe om̃s qui te
derelinquũt/ ꝑ peccatũ vel idolatriã: f Cõfundent/ cõ
Ps. 108. fuſione eterna/ niſi penituerit. Ps. Operiant ſicut diploide
cõfuſione ſua. g Recedẽtes a te i t̃ra ſcribent: quaſi
de facili deleturi: quia terra mollis eſt nature. q. d. cito peribit
memoria eoꝝ: ⁊ oĩs eoꝝ poſſeſſio. Uel/ In terra ſcribent
. i. in terrenis aſcribent: quia ꝑ ea cognoſcent: tanq̃ aliquis ꝑ
aliquã magnã domũ ſuã: vl̃ aliqua magna q̃ fecit/ vnde dicit
dñs terre illius vel domus illius: ſic nihil fecerũt niſi terrenũ
nec aliquid queſiuerũt. Sicut eñ boni ſcribunt i celo vt he/
reditatẽ celi habeant: ſic iſti dicunt ſcripti in terra: quia nihil
habent niſi in terra ⁊ nihil i celo. s. xij. a. Plantaſti eos ⁊ ra/
Ps. 48. dicẽ miſerũt: ꝓficiunt et faciũt fructum. Ps. Uocauerũt no/
mina ſua in terris ſuis. Littere quibꝰ ſcribunt homies in ter/
ra/ ſunt diuitie/ delitie/ honores: que oſtendũt quales ſunt: ſcꝫ
auari/ ſuperbi/ luxurioſi. Quãto aũt magis homo ſic ſcribit
in terra: tanto magis deletur a ſcriptura qua ſancti ſcribunt
in celo: quibus dicit Luc. x. d. Gaudete: quia nomia veſtra
Phil. 3. d. ſcripta ſunt in celis: quod dicitur illis quorum conuerſatio
eſt in celis. Dicitur autem quis deleri de libro illo: non quo
ad ſcripturam/ qua quis ſcribit ibi per ꝑdeſtinationem: illa
eñ indelebilis eſt: ſed ab illa qua ſcribit ibi ꝑ p̃ſentẽ iuſticiã.
Uel dicit quis deleri a ſcriptura ꝑdeſtinationis: quãdo oſtẽ/
dit eſſe deletus. i. nunq̃ fuiſſe ſcriptus: quod fit quãdo homo
nõ niſi ad t̃rena ihiat. Iõ dicit Matth. vj. c. Nolite theſau/
rizare vobis theſauros in terra: vbi erugo ⁊ tinea demolit: et
vbi fures effodiũt ⁊ furant. Quare autẽ ſcribant in terra/ ſub/
dit: h Qm̃ dereliquerũt venã aquaꝝ viuentium
dñm. s. ij. c. Dereliquerũt me fontem aque viue: ⁊ foderunt
ſibi ciſternas diſſipatas. Dñs eñi eſt fons aquarũ. Unde di/
cit Ioh. vij. f. Si quis ſitit veniat ad me ⁊ bibat. Et ibidem:
Qui crediderit in me/ ſicut dicit ſcriptura: flumina de ventre
eius fluent aque viue. Hoc autẽ dicit de ſpiritu quẽ accepturi
erãt credẽtes. i Sana me dñe. Hic petit ꝓpha libe/
rari et ſanari. q. d. parce mihi vt non ꝑmittas me captiuari.
Uel/ Sana me dñe. i. libera me ab ipſis opprobrijs q̃ pa/
tior: ⁊ ab inſidijs q̇bꝰ a iudeis ſepe circũuẽtꝰ ſũ. A te eñ ſolo
peto medicinã: q̇ ſolꝰ es vera medicina. Multi eñi medici illã
emorroiſſam ad curam receperũt vt eam ſanarẽt: ſed nõ po/
tuerunt: licet illa mul/
ta expendiſſet: ſed ſo/
lus tu eam ſanaſti: vt
dr̃ Luc. viij. g. Sa/
na a pena: Salua a
culpa. Ps. Miſerere Ps. 6.
mei dñe quoniã infir/
mus ſum: ſana me dñe C
qm̃ cõturbata ſũt oſſa
mea. k Et ſana/
bor ⁊c. Tũc eñ me/
dicinam ſalus vl̃ ſani/
tas ſequit: qñ chriſtꝰ
aiaꝫ ad ſaluãdũ recipit. l Qm̃ laus mea tu es. i. ſolꝰ po
tes hoc dicere: qui relicta omni temporali gloria ⁊ delectati/
one/ in ſolo deo gloriã ⁊ delectationẽ habet: ſm illud. s. ix. g.
Nõ gloriet ſapiẽs in ſapiẽtia ſua: ⁊ nõ gloriet fortis in forti/
tudine ſua: ⁊ nõ gloriet diues in diuitijs ſuis: ſed in hoc glet
qui glat/ ſcire et noſſe me. m Ecce ipſi dicũt ad me:
Ubi ẽ verbũ dñi: q̇ſi nõ credũt eis q̃ dico eis. Nõ eñi cre
dunt venturã eis captiuitatẽ in diebꝰ ſuis/ licꝫ ſit ventura po/
ſteris eorum. Ubi eſt: q. d. n Ueniat: quaſi videamus
ſi verũ dicis. Sic multi dicũt/ non credentes cõminatiõibus
ꝑdicatoꝝ. Amos. v. c. Ue deſiderantibꝰ diem domini: ad q̇d
eam vobis: Eſa. v. c. Qui dicitis/ feſtinet: ⁊ cito veniat opus
eius vt videamus: appropiet ⁊ veniat conſiliũ ſancti iſrael: et
ſciemus illud. Eſa. xxviij. c. Erit eis verbũ domini: mãda re/
manda: manda remanda: expecta reexpecta: expecta reexpe/
cta: modicũ ibi: modicũ ibi: vt vadãt/ ꝑ delectationẽ: ⁊ cadãt
retrorſum/ ꝑ conſenſum: ⁊ conterant/ ꝑ actum: ⁊ illaqueent/ ꝑ
conſuetudinẽ: ⁊ capiant/ ꝑ impenitentiã in morte. o Et tñ
illis ſic dicentibus et improperantibus/ ego nõ ſum tur/
batus te paſtorem ſequẽs. i. tua ſequens veſtigia. Ille
dicit in via turbari: qui nõ poteſt inuenire viam ꝑ quã debet
ire. Quaſi ergo dicat: bonã viam iui: quia te non dereliqui.
Iob. xxiij. c. Ueſtigia eius ſecutus eſt pes meus: viam eius
cuſtodiui. p Et/ hoc ideo: quia/ diẽ hois nõ deſidera/
ui: id eſt laudem humanã/ vel fauorem/ vel quãcũq̃ tẽporalẽ
delectationem. Unde Gregoriꝰ: Qui laudem ſiue placentiã
nõ querit/ contumeliã nõ ſentit. Et ideo hoc faciẽs nõ fui tur
batus ad cõtumelias. j. Corinth. iiij. a. Mihi pro minimo ẽ
vt a vobis iudicer: aut ab humano die. Hũ ſic dicit: quia ipſe
humanꝰ fauor ẽ iudicij cõdemnatiõis cauſa: vel quia huma/
nus fauor magis querit iudicia hominũ q̃ dei. Itẽ Ps. Ab Ps. 55.
altitudine diei timebo. Alia expoſitio ponit in Glo. p Di
em hominis. i. vitam longiorem quam egrotantes deſide/
rare ſolent. Sic ergo ſm hoc/ longam vitam deſiderare non
eſt bonũ. Sed nõne ſciebat hieremias deũ velle eum diu vi/
uere: Solutio. Licꝫ deus vellet hoc de ſanctis: tamen ſancti
hoc non deſiderabant ꝓpter pericula huius vite. Et non di/
cit: non volui: ſed/ q Non deſideraui: quia deſideriũ vix
poteſt eſſe ſine delectatione: ſed velle quandoq̃ ſine ea eſt.
Unde non poſſet vitam p̃ſentem longã deſiderare ſine pre/
ſentis vite delectatione. r Tu ſcis: ipſum eundẽ inuocat
teſtem quem ⁊ iudicem. s Quod egreſſum eſt de la/
bijs meis: rectũ in cõſpectu tuo fuit: quaſi iniuſte di/
cunt mihi: Ubi eſt verbũ domini: quia non ſum mẽdax.
Iob. xvj. d. In celo eſt teſtis meꝰ: ⁊ cõſcius meus i excelſis.
Ibi Gregorius: Qui teſtem in celo habet: ſi ab hominibꝰ in
mũdo reprehendit/ non curat. Illi ꝓprie eum in celo teſtem
habent: qui eum per imitationẽ ſequũt. Tales enim nõ tur/
bant in vijs domini: ſed recte vadunt nec laſſantur. Numeri.
xxiij. c. ſcõm aliam litteram quam ponit Glo. Non eſt laſſi/
tudo in iacob: neq̃ dolor i iſrl̃. Uñ Matth. xj. d. Uenite ad
me. i. poſt me/ oẽs q̇ laboratiſ ⁊ onerati eſtiſ: ⁊ ego reficiã vos.

Non ſis tu mihi

a Nõ ſis tu mihi formidini:
b ſpes mea tu in die afflictio-
c nis. Cõfundant̃ q̃ me ꝑſe-
d quunt̃/ ⁊ nõ cõfundar ego:
e f paueant illi/ ⁊ nõ paueã ego.
g Induc ſup eos diẽ afflicti-
h onis: ⁊ duplici cõtritiõe con
tere eos. Hec dicit dñs ad
i me: Uade ⁊ ſta in porta filio
k rum populi ꝑ quam ingre-
l diunt̃ reges iuda ⁊ egrediunt̃:
et in cũctis portis hieruſalẽ/
m ⁊ dices ad eos: Audite ver-
bũ dñi reges iuda: et omnis
iuda: cunctiq; habitatores
hieruſalẽ/ qui ingredimini per
portas iſtas. Hec dicit dñs:
n o Cuſtodite aĩas vr̃as: ⁊ noli-
te portare pondera ĩ die ſab-
p bati/ nec inferatis per portas
q hierlm: et nolite eijcere one-
ra de domibꝰ vr̃is in die ſab
r bati: ⁊ om̃e opus nõ facietis.
s Sanctificate diẽ ſabbati/ ſicut
t u ꝑcepi patribꝰ veſtris. Et nõ
x audierunt/ nec inclinauerũt
y aurẽ ſuã ſꝫ indurauerũt ceruicẽ
z ſuã ne audirẽt me/ ⁊ nẽ acci-

a ¶Non ſis tu mihi formidini. Et eſt Liptote: quaſi da mihi fiduciã vt ꝯfortet auxilio tuo ⁊ viriliter agã. b ¶Spes mea tu in die afflictiõis. ſ. tu ſis. Septuaginta: Nõ ſias mihi alienus/ parcens mihi in die mala: quaſi nõ parcas nihi in die malo. ſ. in ꝑſenti ſeculo/ vt ſic magis parcas in futuro: Iuxta illud Abacuk iij. d. Ingrediatur putredo in oſſibꝰ meis: ⁊ ſubt̃ me ſcateat: vt requieſcã in die tribulatiõis. Tũc enĩ eẽs mihi alienus ſi mihi peccanti parceres/ nec in virga tua corripes: qꝛ omnẽ filiũ quẽ pater recipit corripit: Heb. xij. b. Apoc. iij. d. Ego q̃s amo arguo ⁊ caſtigo. S. xv. c. Noli in patiẽtia tua ſuſcipe
Abacuk.3.a. me: quia cum in ꝑſenti iratꝰ fueris miſcdię recordaberis. Et huic bñ cõcordat nr̃a lr̃a: q̃ dic: Nõ ſis tu mihi formidini: ſpes mea tu ĩ die afflictiõis. In die enim ꝓſperitatis ꝑſẽtis nõ ẽ ſpes. Un̄ Luc. vj. d. Ue vob diuitibꝰ q̃ habetis hic cõſolationẽ veſtrã. Sed magis ſpes ẽ in die tribulatiõis. Un̄ Matth. v. a. Beati q̃ ꝑſecutionẽ patiunt̃ ꝓpt̃ iuſticiã ⁊c. c ¶Cõfundant̃ q̃ me ꝑſequunt̃/ ſalubri cõ-
Ps.82. fuſione: q̃ſi de peccatis conterant̃. Ps. Imple facies eorum ignominia ⁊c. d ¶Et nõ ꝯfundar ego. i. nõ habeã cauſã cõfuſiõis. ſ. peccatũ: vel cõfuſionẽ ſuſtinere non timeã: vt. ſ. cõfuſio mea quã ſuſtineam/ nõ adducat ignominiã/ ſed magis gloriã. e ¶Paueãt illi. ſ. deũ: vel cõminationẽ eius/ vt peccare deſiſtãt ⁊ ꝑſequi me: ⁊ exprobrare verbũ dñi. f ¶Et nõ paueã ego. i. cauſã pauoris nõ habeã. ſ. peccatũ. g ¶Induc ſup eos diẽ afflictiõis/ ſiue vltionis. i. captiuitatis ꝑſentis: vt ſic ſaltẽ corrigant̃ ⁊ in illa captiuitate. h ¶Et duplici cõtritione cõtere eos. i. ꝓ duplici eorꝫ iniq̃tate eos cõtere: ſm illud. S. xvj. d. Reddã duplices iniq̃tates eorꝫ. i. penã ꝓ duplici iniq̃tate: qꝛ trãſgreſſi ſũt legẽ naturalẽ ⁊ ſcptã. Uł qꝛ mala cõmiſerũt/ ⁊ bona omiſerũt. Uł qꝛ deũ offẽderũt et ſe: ⁊ ꝓximũ offenderũt. ſ. malo exẽplo. Uł h ¶Duplici cõtritione. ſ. fame/ quo ad obſeſſos ĩ ciuitate: ⁊ gladio/ quo ad occiſos in agro. Uel loquit̃ de malis ⁊ afflictis/ nõ imꝑcãdo ſꝫ ꝑdicẽdo/ q̃ ĩ inferno ꝯterent̃ duplici ꝯtritiõe. ſ. ĩ aĩa ⁊ corpe: q̃ſi ſuſcipiẽt de manu dñi duplicia ꝓ pctĩs ſuis: vt dı̃ Eſa. xl. a. Un̄ cõtere. i. cõteres. i ¶Uade et ſta ĩ porta filiorꝫ ppł̃i. Quia ſic contemnũt verba tua/ vade ad locum aptũ. ſ. ad portã tẽpli vel vrbis: k ¶Per quam ingrediunt̃ ⁊ egrediuntur: vt ſic tamẽ ex neceſſitate cogantur audire: l ¶Reges iuda. i. principes. Scd̃m illud. ij. Timoth. iiij. a. Inſta oportune/ importune. Ibi Glo. Oportune/ ſm veritatem: importune/ ſm eorũ opinionem. Tu quidem oportune agis: ſed importunꝰ videris: vt ſic nõ poſſint ſe excuſare q̃ bonũ non fecerũt/ dicẽtes: quia nõ audiuimꝰ: ⁊ ideo oportune. m ¶Audite vbũ dñi reges iuda ⁊c. qui ingredimini ꝑ portas iſtas/ tẽpli vel vrbis. n ¶Cuſtodite aĩas veſtras/ ſollicite/ ne ibi intret diabolꝰ ꝑ peccatũ: ſic cuſtodit̃ domus a latronibus/ et ideo claudit̃. Deut. iiij. b. Cuſtodi temetipſũ ⁊ animã tuã ſollicite. o ¶Et nolite portare pondera ĩ die ſabbati. i. peccata: Et hoc maxie ĩ die ſabbati: q̃n ab omĩ ope ſeruili ceſſabũt homĩes: vnde multo magis a peccato tũc ceſſare debetis. Sic hõ maxime in feſtis debet abſti-
Ps.31. nere a peccato: qd̓ eſt pondus graue. Ps. Sicut onus graue grauatę ſũt ſup me. Eſa. lviij. b. Diſſolue colligatiões impietatis: ſolue faſciculos deꝓmẽtes: dimitte eos q̃ ꝯfracti ſũt liberos: ⁊ om̃e onus dirũpe. Heb. xij. a. Habẽtes tãtã impoſitã nubẽ teſtiũ: deponẽtes om̃e põdus ⁊ circũſtãs nos peccatũ.

Uł ad litterã ꝑcipit eis ſeruare diem ſabbati/ ſm legẽ: Exo. xx. b. p ¶Nec inferatis ꝑ portas hierlm/ ad litterã. Uł myſtice. i. ꝑ virtutes. Ita exponit Glo. Sed quõ põt inferri peccatũ ꝑ v̓tutes/ cũ virtꝰ ſit bona q̃litas mẽtis: quã deꝰ ĩ nobis ſine nobis infũdit: qua bñ viuit̃/ q̃ nemo male vtit̃: Ergo virtute nullꝰ põt male vti. Solutio. Peccatũ dı̃ ingredi ꝑ virtutes/ cũ ſub ſpecie v̓tutis malũ fit: vel q̃n ex v̓tute vel eiꝰ occaſiõe ſurgit elatio ſuperbię: qꝛ ſępe de bono ſupbit̃: vł q̃n bonũ fit nõ bñ. i. nõ ordinate/ vel eo mõ quo fieri debet. Uel/ ꝑ portas hieruſalẽ/ q̃ſi ꝑ ſenſus: ꝑ quos ingredit̃ pctm̃ in animã. Mors enĩ intrat ꝑ feneſtras: vt S. ix. f. q ¶Et nolite eijcere onera de domibꝰ vr̃is ĩ die ſabbati: Ad litterã: qꝛ hoc opus ſeruile erat ſm legẽ. Uł dicit onera pęnitẽtię: q̃ etſi abijciẽda nõ ſint/ niſi forte ad tempꝰ: tñ ꝑcipue ĩ die ſabbati ⁊ feſtis nõ ſunt abijcienda. Sed ꝯtra: Tũc nõ ieiunamꝰ ſed magis ĩ vigilijs ⁊ feſtis ẽ gaudiũ nõ luctus. Un̄ Neemię viij. c. Nolite lugere et nolite flere ⁊c. Ite comedite pinguia ⁊ bibite mulſum: ⁊ mittite ptes eis q̃ nõ ꝑparauerũt ſibi: qꝛ ſanctus dies dñi ẽ: ⁊ nolite cõtriſtari: Gaudiũ enĩ dñi ẽ fortitudo vr̃a. Solutio. Etſi aliquę pęnitẽtię nõ ſint faciẽdę ĩ feſtis: vt ieiunia ⁊ huiõi: nõ tñ ꝓpter hoc ſunt abijciẽdę: qd̓ ſi fieret peccatũ reſumeret̃. Tũc enĩ fundamẽtũ oĩs pęnitẽtię abijceret̃. ſ. ꝓpoſitũ nõ peccãdi: qd̓ nunq̃ abijciendũ ẽ: ⁊ ſic nunq̃ pęnitẽtia abijcit̃. Et ꝑterea ſi tunc nõ ſunt faciẽda ieiunia nihilominꝰ debẽt fieri alię pęnitẽtię. Uel onera eijciuntur: q̃n de corde exit peccatũ ad opꝰ. Simile ꝑceptũ quãtũ ad lrãm ſicut hic: habet̃ Neemię vlt. c. Clauſerũt ianuas ⁊ ꝑcepi vt nõ aperirẽt eas vſq; poſt ſabbatũ: et de pueris meis ꝯſtitui ſup portas vt nullꝰ inferret onus ĩ die ſabbati. r ¶Et om̃e opꝰ ſeruile/ nõ facietis: quale ꝓprie eſt peccatũ. Un̄ Ioh. viij. d. Qui facit peccatũ ſeruꝰ ẽ peccati. Sed ſemꝑ illud opus faciẽdũ ẽ: de q̃ Ioh. vj. c. Operamini nõ cibũ q̃ perit: ſed q̃ ꝑmanet in vitã ęternã. Sed in feſtis mali magis operant̃ cibũ q̃ perit. ſ. qui gulę tũc ſe exponũt. j. Corinth. vj. c. Eſca ventri et venter eſcis: deꝰ aũt ⁊ hũc ⁊ hanc deſtruet. s ¶Sanctificate diẽ ſabbati. i. in honore ⁊ ſanctificatiõe habete: vł ſanctum oſtendite/ tunc abſtinentes ab omni ope ſeruili: t ¶Sicut ꝑcepi patribꝰ veſtris: Exo. xx. b. Quod autem ſit pręmiũ obſeruantiũ ſabbatum/ vel litteraliter vel ſpiritualit̃ dicit̃ Eſa. lviij. d. Si auerteris a ſabbato pedem tuũ facere voluntatẽ tuam in die ſancto meo: ⁊ vocaberis ſabbatũ delicatum ⁊ ſanctũ domini glorioſum/ et glorificaueris eum dũ non facis vias tuas/ ⁊ non inuenitur voluntas tua vt loquaris ſermonem: tũc delectaberis ſuper domino ⁊ ſuſtollam te ſuper altitudinem terrę: et cibabo te hęreditate iacob patris tui. Sed ꝯ malos/ dı̃ Eſa. j. d. Solennitates veſtras odiuit anima mea. Threñ. j. c. Uiderunt eam hoſtes/ ⁊ deriſerunt ſabbata eius. Ideo dı̃ Exo. xxxj. c. Uidete vt ſabbatũ meũ cuſtodiatis: quia ſignũ eſt inter me ⁊ vos in generationibus veſtris. v ¶Et non audierũt/ aure exteriori: x ¶Nec inclinauerunt aurem ſuam/ mentis: y ¶Sed indurauerunt ceruicem ſuam ne audirent me/ tanq̃ animalia indomita/ reijcientes omne iugum legis. S. vij. f. Nõ audierunt me nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed indurauerunt ceruicem ſuam: ⁊ peius operati ſunt q̃ patres eorum. Ezech. iij. b. Omnis domus iſrael attrita fronte eſt et duro corde. z ¶Et ne acciperẽt diſciplinã. i. diſciplinati fierent ꝑ doctrinã meã.

erent ꝑ doctrinā meā. a Et erit ſi audieritis me. Hic ponit p̄miū cuſtodientiū legem/ et ſanctificantiū ſabbatū. b Ut nō inferatis onera ⁊c̃. Expone vt p̄r⁹. c Ingredient̃ ꝑ portas ciuitatis hui⁹ reges ⁊ p̄ncipes: Ad l̃ram: q̄ſi honore et delitijs affluētes. Un̄: aſcēdētes ī currib⁹ ⁊c̃.

Moraliter B Uel/ moraliter.i. ſi bene cuſtodierit/ feſta hęc/ p̄mitto vobis q̄ bonos p̄ncipes ſeculares habebitis ⁊ bonos eccleſię p̄latos. Ad hoc autem q̄ boni ſint p̄lati: oportet eos ingredi ꝑ portas.ſ. q̄ canonice eligant̃: Aut aliter/ fures eſſent et latrones: q̄ per oſtiū nō ingrederent̃ in ouile ouiū: vt ḋr Joh.x.a. Oportet etiā q̄ ſint portę.i. alios introducētes in eccleſiā ꝑ doctrinę et exēpli dilucidationē: ⁊ q̄ ſint reges ⁊ p̄ncipes.i. bñ ſe regentes ⁊ carni ſuę p̄ncipantes:

a perēt diſciplinam. Et erit/ ſi audieritis me dicit dn̄s: vt
b nō inferatis onera per portas ciuitatis huius in die ſabbati: Et ſi ſctificaueritis diē ſabbati ne faciatis ī eo om̄e
c opus: ingrediētur ꝑ portas ciuitatis hui⁹/ reges et p̄nci-
d pes ſedētes ſup ſolium da-
e uid: ⁊ aſcēdētes in currib⁹ ⁊ equis/ ipſi ⁊ p̄ncipes eoꝝ: vi-
f g ri iudā ⁊ habitatores hierl̃m:
h ⁊ habitabit ciuitas hęc ī ſem-
i piternū. Et veniēt de ciuitatib⁹ iuda ⁊ de circūitu hierl̃m ⁊ de terra beniamin ⁊ de cāpeſtribus ⁊ de montuoſis ⁊ ab auſtro portātes holocauſtum ⁊ victimā ⁊ ſacrificiū ⁊ thus/ et inferēt oblationē in
k domum dn̄i. Si autē nō audieritis me vt ſctificetis diē ſabbati/ ⁊ ne portetis on⁹/ ⁊ ne inferatis per portas hie-
l ruſalē ī die ſabbati: ſuccendam ignem in portis eius/ ⁊ deuorabit domos hieruſalē
m ⁊ nō extinguet̃. Ca. XVIII.
n Uerbum quod factum eſt ad hieremiā a domino/ dicens: Surge et deſcende in domū figuli:

vt.ſ. non regnet pctm̄ in corꝑe mortali eorū: vt ḋr Ro.vj.b. Prouerb.xxj.a. Cor regis ī manu dei: q̄cūq̄ voluerit īclinabit illud. d Sedētes ſup ſoliū dauid.i. eccleſiam: quę ē ſoliū chriſti: qui per dauid ſignificat̃. e Et aſcēdentes in curribus ⁊ equis ⁊c̃. id eſt p̄erunt eccleſijs/ eas educētes ⁊ ꝑducētes ad paſtū verbi ⁊ exēpli: ad colles regni ęterni. P̄latus eñ ē currus eccleſię: qui infirmos debet ſupportare per cōpaſſionē. Eſt equus: q̄ debet ſubditos trahere ꝑ doctrinā ⁊ admonitiōes ⁊ cōminationes. Eſt ⁊ auriga: q̄ debet ducere ⁊ dirigere per bonę vitę exēplū/ eis demonſtrādo rectā viā: vt ſic ante eos vadat q̄ſi qui lucernā in manibus portat. Hi ſunt currus ignei: quibus helias raptus eſt in cęlum.
ipſi oēs dies vitę illoꝝ. d Nec videbit terrā natiuita-tis ſuę. i. nō redibit ad innocentiā baptiſmalē. e Vę qui edificat domū ſuā. Hoc dic̄ de ioachim ſecūdo filio ioſię q̄ ſbſtitutꝰ fuit rex i hierl̄m a pharaōe loco fratris ſui ioachaz quē ſecū duxit in egyptū. f In iniuſticia. i. alieno ere: quia crudeliſſimꝰ erat: ⁊ di-ripiebat bona alioꝝ. Eccl̄i. xxj. b. Qui edifi-cat domū ſuā ipēdiis alieniſ: q̄ſi q̄ colligit la-pides i hyeme. Tale edificiū cito corruit: qꝛ lapides congelati ſūt. Abacuk. ij. c. Vę qui cōgregat auariciā ma-lā domui ſuę. i. pecu-niā de bonis paupeꝝ ad faciēdū domū ſuā: vt ſit in excelſo nidus eiꝰ: ⁊ liberari ſe putat de manu mali. Ibidē. Lapis de pariete cla-mabit: ⁊ lignū qd̓ iter iuncturas edificioꝝ ē reſpōdebit. Et dicit h̓ ꝯ eos, q̄ de patrimo- E nio crucifixi pompoſa edificia ſibi faciūt. g Et mercedē eiꝰ nō reddet ei. ſ. laborātibꝰ i negocio eiꝰ: Cōtra illō Le-uit. xix. c. Nō morabit̄ merces mercēnarii tui apud te vſq꜄ mane. Malach. iij. b. Ero teſtis velox his q̄ calumniant̄ mer-cedē mercēnarii, ⁊ iudex. Et. j. xxix. c. Ego ſū iudex ⁊ teſtiſ. h Qui dic: edificabo mihi domū latā: ſic credebat iſte i ꝑpetuū ſe regnaturꝰ. i Et cenacula ſpacioſa ⁊c̄. i. ſola-ria alta q̄ ſup domos ſūt. k Pingitq꜄ ſynopide. Ad lraꝫ vt multi pingūt domos ſuas. Et dicit Glo. chꝛiſti ſanguine. Qd̓ dicit̄ maxime cōtra clericos: q̄ domos ſuas pingūt ſum-ptibus ſanguinis chꝛiſti. Abacuk. ij. c. Vę q̄ edificat ciuitatē i ſanguinibꝰ: et p̄parat vrbē i iniq̄tate. Aggei. j. a. Nūq̄d tē-pus vobis ē vt habiteris in domibꝰ laqueatis: ⁊ domꝰ mea deſerta ē: Mich. iij. c. Audite p̄ncipes domꝰ iacob q̄ edifica-tis ſiō i ſanguinibꝰ ⁊ hierl̄m i iniq̄tate ⁊c̄. Propter h̓ cauſa vr̄i ſiō q̄ſi ager arabit̄ ⁊ hierl̄m i aceruū lapidū erit. Si ita argu-unt̄ reges ⁊ p̄ncipes d̓ palatiis ſuis: iſte eñ nobil̓ rex erat: q̄d dicet̄ de pictis ⁊ deauratis palatiis religioſoꝝ et clericoꝝ: Marci. xiij. a. Nō relinquet̄ lapis ſup lapidē q̄ nō deſtruat̄. Diabolus dixit dn̄o Matth. iiij. a. Dic vt lapides iſti panes fiant: Ipſi aūt q̄ſi peioꝛes diabolo, de panibꝰ faciūt lapides: qꝛ ea q̄ data ſunt eis ad cibū ⁊ ſuſtētamētū, in lapidea palatia ꝯuertūt. l Nūq̄d regnabis qm̄ ꝯferſ te cedro. i. pa-tri tuo ioſię iuſtiſſimo regi: cuiꝰ vitā nō imitaris: m Nūq̄d nō comedit ⁊c̄. tanq꜄ diues ⁊ honoratꝰ i regno, ꝑ q̄ tm̄ deū nō dereliq̄t ſicut tu: n Et fecit iudiciū et iuſticiā tūc cū bn̄ erat ei: q̄ſi abūdās fuit: ⁊ tm̄ de abūdātia nō ſupbiuit: ⁊ iō bn̄ fuit ei in p̄ſenti, ⁊ erit in futuro. Quia o Iudicauit cauſā paupis ⁊ egeni in bonū ſuū: q̄ſi nō ſolū in bonū illoꝝ ⁊ in refrigeriū inopię illoꝝ: ſ; in aīę ſuę vtilitatē. Et eſt h̓ maxima cōmēdatio. ſ. iuſticiā ſeruare in tp̄e tp̄alis abundātię: q̄ tm̄ in mltis ꝯſueuit emollire iuſticiā. Talis fuit iob: q̄ dixit Iob. xxix. c. Iuſticia iduťꝰ ſū, ⁊ veſtiui me ſicvt veſtimēto ⁊ di-ademate iudicio meo: oculꝰ fui ceco, pes claudo, pat̄ erā pau-peꝝ: ⁊ cū ſederē q̄ſi rex circūſtāte exercitu: erā tm̄ merētiū cō-ſolatoꝛ. Deut. vj. b. Cū itroduxerit te dn̄s deꝰ tuꝰ in terrā ꝓ qua iurauit patribꝰ tuis: ⁊ dederit tibi ciuitates munitas ma-gnas ⁊ optimaſ, q̄s nō edificaſti, ⁊ domoſ plenas cūctaꝝ opū ⁊ comederſ ⁊ ſaturatꝰ fueris: caue diligēter ne obliuiſcariſ dn̄i dei tui. p Nūq̄d nō iō. ſ. hec oīa bona fec: q Quia cognouit me: et ideo me timuit offendere ꝑ pctā. r Tui vo oculi. ſ. o tu ioachim. s Et coꝛ ad auariciā, declināt aliena diripiendo. Abacuk. ij. b. Vę qui multiplicat non ſua. Vſq꜄quo aggrauat cōtra ſe denſum lutū: qꝛ tu ſpoliaſti gen-tes mltas, ſpoliabūt te oēs q̄ reliq̄ fuerit de ꝑplis. Eſa. xxxiij.

a. Vę q̄ p̄daris

F a. Vē q̄ ędificat ꝛc. nōne ꝛ ipſe ędaberꝫ ꝛc. a ¶Et ad ſanguinē innocētē fūdēdū. Expone vt ſ̄ꝰ. b ¶Et ad calūniā ꝛ ad curſum mali opis. Prouerb. xxviij. c. Dux idigēs prudētia / multos opprimet ꝑ calumniā: qui aūt odit auariciā longi fient dies eiꝰ. Eccl̃s. iiij. a. Vidi calūnias q̄ gerūť ſub ſole: ꝛ lachꝛymas innocentiū: ꝛ neminē ꝯſolatoꝛē / nec poſſe reſiſtere eoꝝ violētię cūctoꝝ auxilio deſtitutos. Eccl̃s. v. b. Si videris calūnias ege/noꝝū ꝛ iudicia violēta et ſubuerti in ꝓuincia iuſticiā / nō mireꝛ ſuꝑ hoc negocio: qꝛ excelſo excelſioꝛ eſt aliꝰ: q̄ ſcꝫ hoc iudicabit. c ¶Propterea hec dicit dominꝰ ad ioachim ꝛc. i. cōtra ioachim. e ¶Nō cōcrepabūt ei / dicētes. f ¶Ve dn̄e ꝛ vę iclyte: ſepultura aſini ſepelieť. i. inſepultꝰ a beſtijs ꝛ auibus lacerabiť. b ¶Proiectꝰ / ab ipſo nabuchodonoſoꝛ: vt dictū ē. Vł ꝑ alios / extra ciuitatē interfectꝰ a latrūculis ſyrię et āmō et moab. iiij. xxxvj. g. Hęc dic̄ dn̄s ꝯ ioachim regē iuda: Nō erit ex eo q̄ ſedeat ſuꝑ ſoliū dauid: et cadauer eius ꝓijcieť ad ęſtū ꝑ diē et ad gelu ꝑ noctē. Ibi dicit ioſephꝰ ꝙ nabuchodonoſoꝛ iſtū ioachim añ muros inſepultū ꝓiecit. Myſtice. d ¶Nō plāgēt eū ꝛc. In morte eñ epoꝝ: qui raptores fuerūt ſubditoꝝ / nō plorāt ſubditi: ſed multū gaudēt: Sed m̄ti plangūt ꝓncipes ſeculares / licet ſint mali. g ¶Sepultura aſini ſepelieť: qꝛ fetet eoꝝ memoria poſt moꝛtē: et bona eoꝝ ſtatim a multis dilaceranť. Vel / aſinꝰ / eſt pctōꝛ: cuiꝰ ſepultura eſt infernꝰ: vt dꝛ Luc. xvj. f. Moꝛtuus eſt diues ꝛ ſepultꝰ in inferno. i ¶Aſcēde o tu ꝓple: k ¶Libanum. i. in montana. l ¶Et clama in baſan / q̄ eſt mons trās ioꝛdanē / ſicut ꝛ libanus. m ¶Et clama ad trāſeūtes: q̄ſi etiā in montibꝰ ꝛ in plano clama ad eos. n ¶Quia ꝯtriti ſunt oēs amatores tui. i. cōtereť: nō poteꝛ in illis ꝯfidere. Sperabāt eñ in auxilio egyptioꝝ: ſed ꝛ ipſi a babylonijs ꝯtereť. Eſa. xxx. b. Egyptus fruſtra ꝛ vane auxiliabitur: ideo clamaui ſuꝑ hoc ſuꝑbia tm̄ ē quieſce. Eſa. xxxvj. b. Ecce ꝯfidis ſuꝑ baculū arundineū cōfractū iſtū ſuꝑ egyptū: cui ſi innixus fuerit hō / intrabit manū eiꝰ ꝛ ꝑfoꝛabit eā. Moraliter. Nemo debet clamare in baſan. i. in pctōꝛibꝰ: q̄ ſunt in ꝯfuſiōe adducēte ignominiā eternā / niſi aſcēderit libanū. i. candoꝛē ꝛ eminētiā virtutū. Unde Eſa. xl. b. Aſcēde in mōtē q̄ euāgelizas ſion. Et clama ad trāſeuntes: q̄ſi manſionarij mūdi nolūt audire: ſed trāſeūtes moꝛe viatoꝝ libēter audiūt doctrinā eū di. Jō dꝛ Thren. j. d. O vos oēs q̄ trāſitis ꝑ viā ꝛc. Eccl̃s. xj. a. Mitte panē tuum ſuꝑ tranſeuntes aq̄s. Eſa. xxxij. d. Beati q̄ ſeminatis ſuꝑ oēs aq̄s. Apoc. xvij. d. Aquę q̄s vidiſti ꝑp̄li ſunt ꝛ gētes. o ¶Locutus ſum ad te / ꝑ ꝓphas. p ¶In abundātia tua: dixiſti nō audiā: qꝛ diuitię ſunt occaſio ꝯtēnendi verbum dei: vel nō obediēdi eis. Tales ſunt vt gallinę: q̄ in autumno / vt diciť / ſurdę ſunt. Per autumnū ꝓſperitas tꝑaliū intelligiť. Quidam etiā ſunt piſces: q̄ auſtro flante ſurdi ſunt: ſed flante aq̄lone optime audiunt: Quia dꝛ Eſa. xxviij. e. Vexatio dat intellectū auditui. iij. v. b. Ibo ad optimates ꝛ loq̄r eis: ꝛ ecce hi magis ſimul ꝯfregerūt iugū / rupꝛūt vincula. q ¶Hęc ē via tua ab adoleſcentia tua: quaſi nō ſemel hoc feciſti. i. ꝯtēnere verba mea ꝛ me: ſꝫ ab egreſſu tuo de egypto. Quę

Hyſt. cōſummationem

a ꝛ ad ſanguinē innocētē fun/
b dēdū ꝛ ad calūniā ꝛ ad cur
c ſum mali opis. Proptérea
hec dicit dn̄s ad ioachim fi/
d liū ioſię regē iuda: Nōn plā
gēt eū: vę frater et vę ſoroꝛ:
e nōn cōcrepabunt ei: vę dn̄é
f ꝛ vę iclyte. Sepulturā aſini
b ſepelieť putrefactus ꝛ ꝓ
iectus extra portas hieruſa/
i lem. Aſcēnde libānū et clā/
k ma / in baſan da vocem tuā:
l
m et clāma ad tranſeuntes: qꝛ
n ꝯtriti ſūnt oēs amatoreſ tui.
o Locūtꝰ ſum ad te in ābūdan
p tia tua: dixiſti ñ audiā. Hęc
q ēſt via tua ab adoleſcentia
r tua: qꝛ nō āudiſti vocē meā.
s Omñes pāſtores tuoſ paſcet
t ventus: ꝛ āmatores tui in ca
v ptiuitatē ibūt. Et tūnc ꝯfun

F

Myſtice

Moraliter

añt ſit hęc via exponit. r ¶Quia nō audiſti vocē meā: ꝛ ideo: oēs paſtores tuos paſcet ventus / huc illucq̄ diſꝑſi ſunt. ſ. ꝑ captiuitatē a terra ſua. Vel / ventus. i. inanis ſpes quā habebāt ī auxilio egyptioꝝ / fuit cauſa diſꝑſiōis eorū / ꝛ ꝙ oīa bona eoꝝ depaſti ſunt ab hoſtibꝰ. t ¶Et amatoreſ tui ꝛc. egyptij ī q̄bꝰ ꝯfidebas. v ¶Et tūc ꝯfūdeꝛ ꝛc. vt poſſit tibi dici illō Ro. vj. d. Quē fructū habuiſtiſ ī illiſ: ī q̄bus nūc erubeſcitiſ: x ¶Quę ſedes ī libano: q̄ſi ſuꝑbis de templo facto de lignis libani. Vel credis illud nō poſſe deſtrui ꝓpter ſuā ſanctitatē. y ¶Et nidificas ī cedris: qꝛ habeſ domos cedrinas ꝛ altas / in q̄bꝰ cōfidis ꝛ inde ſuꝑbis. Sed dicitur Abdię. j. b. Si exaltatꝰ fueris vt aq̄la ꝛ inter ſidera poſueris nidū tuū: inde detrahā te dic̄ dn̄s. Job xx. a. Si aſcēderit vſq̄ ad cęlū ſuꝑbia eiꝰ / ꝛ caput eius nubes tetigerit: q̄ſi ſterq̄liniū in fine perdeť. z ¶Quō ꝯgemuiſti. i. cōgemiſces. a ¶Cū veniſſēt tibi doloreſ ꝛc. i. q̄ñ veniēt: q̄ſi repētinus doloꝛ captiuitatiſ et ſubitus tibi veniet inſtar mulieris puerperę. Oſee. xiij. d. Dolores parturientis veniēt ei: ipſe filius nō ſapiēs. Moralit. s ¶Oēs paſtoreſ ꝛc. Verū paſcere ē dicere ꝟba vana et ocioſa. Paſci a vēto / delectari in vanis delectatiōibus vel adulatiōibꝰ. Oſee. xij. a. Ephꝛaim paſcit ventū. iij. xiiij. a. Et onagri ſteterūt in rupibꝰ: traxerūt ventū q̄ſi dracones. b ¶Viuo ego dicit dn̄s. Poſtq̄ locutꝰ eſt de ſedechia vltimo rege iuda / ꝛ de ioachim fratre eius: q̄ ante eū regnauit: hic adhuc ordine ꝑpoſtero loq̇ť de ioachin minoꝛe: q̄ dictus ē iechonias / filio ioachim filij ioſię: q̄ cū matre ſua ꝛ ꝓncipibꝰ ꝛ multis nobilibꝰ reddidit ſe nabuchodonoſoꝛ: ꝛ ductꝰ eſt in babylonē. c ¶Quia ſi fuerit. i. q̄uis fuerit: d ¶Iechonias filius ioachim regis iuda anulus ꝛc. Anulꝰ antiq̇tus erat ſignū dilectiōis: ꝛ erat neceſſariꝰ / qꝛ erat ſigillū: q̄ſi etſi illi oſtēdero ſignū dilectionis: ꝛ q̄ſi fuerit mihi neceſſarius: ꝛ licꝫ anulꝰ de manu poꝛtātis difficiliter auellať: tñ f ¶Inde euellā eū / de terra ſua. ſ. ꝑ trāſmigrationē: qꝛ ſponte ſe tradidit: ſed patrē eius magis ꝑ captiuitatē: q̄ violēter de ciuitate eiectꝰ ē ꝛ iterfectꝰ a nabuchodonoſoꝛ / vel a latrūculis / vt dictū ē. i ¶Ibiq̄ moꝛiemini. Hoc dicit ꝯtra pſeudo: q̄ dicebāt ꝙ illi q̄ irēt in trāſmigrationē ſtatim redirent. Vñ. k ¶Et in terrā. ſ. iudęam. l ¶Ad quā ipſi leuāt aiam ſuā ꝛc. ſ. quā deſiderant ꝛ ad quā reuerti ſtatim ſperāt. Myſtice. e ¶Anulꝰ oꝛnat manū ꝛ in multis eſt neceſſariꝰ: vt ad ſigillādū: ꝛ habet decoꝛē exteriꝰ: ꝛ dať ſpōſis. Sic ꝑlatꝰ licꝫ in multis ſit vtilis eccl̃ię. ſ. ꝓpter doctrinā et multa alia: tñ abijcieť a deo ꝓpter malā vitā: qꝛ quē ꝑdit vita / nō pōt ſaluare doctrīa. Vñ ꝑlatꝰ debet eſſe anulus alios ſigillādo exēplo ſuo: ꝛ debet eſſe rotūdꝰ ꝑ eternoꝝ ꝯtēplationē. Aggei. ij. d. Aſſumā te o zoꝛobabel / dic̄ dn̄s: ꝛ ponā te vt ſigillū qꝛ elegi te. g ¶Et matrē tuā q̄ genuit te. i. eccleſiā q̄ te elegit in ꝑlatū. h ¶In trā alienā ī q̄ nati nō eſtiſ. i. in infernum / ad quē nō eſtis nati: ſed magis ad beatitudinem vbi ſemper viuunt qui ibi ſunt: ſed qui in inferno ſunt ſemper moꝛiuntur. Baruch. iij. b. Quid eſt iſrael ꝙ in terra inimicoꝝ es ꝛc. m ¶Nunq̇d vas fictile atq̄ cōtritū: qō nihil valet ꝛ nō pōt reſtitui: ſic ipſe in captiuitatē duceť / et ibi

deris ꝛ erubeſceſ ab omi malicia
x licia tua q̄ ſedes in libano
y et nidificas in cedris. Quō
z
a cōgemuiſti / cū vēniſſent tibi
dolores q̄ſi dolores parturi
b entis. Viuo ego dicit dn̄s:
c qꝛ ſi fuērit iechonias filiꝰ ioa
d
e chim regis iuda anulus in
f manu dextera mea / idē euel
lam eū. Et dabo te in manu
q̄rentiū aiam tuam: ꝛ in manu
nu quoꝝ tu foꝛmidas faciē:
et ī manu nabuchodonoſoꝛ
regis babylonis: et in manu
g chaldęoꝝ: Et mittā te ꝛ mā/
h trē tuā q̄ genuit te / ī trā aliē/
nā in qua nati nō eſtis: ibiq̄
i moꝛiēmini: ēt in terram ād
k quā ipſi leuāt aiam ſuā vt re
l uertāť illuc: ꝛ nō reuertenť.
m Nūnq̇d vas fictile atq̄ ꝯtri/

G

Moraliter

morieꝛ: nec vltra reduceꝛ ad priſtinũ ſtatũ. b Uir iſte iechonias. Uidetur ſm Hiero. ꝙ hic ſit chonias: Poſtq̃ em̃ auulſus ẽ a dei auxilio tãq̃ a dñi manu: ĩ hmõi ſignũ videꝛ dicere Hiero. ꝙ hec ſyllaba Je/trũcari debet: q̃ iterptaꝛ dñs: vt ſic intelligaꝛ a dei auxilio deſtitutꝰ ꝛ ꝑditioni ꝛ interitui deditus: Et hoc eſt. c

a b tũm vir iſte iechonias? Nũquid vas abſq̃ omĩ volũtate? Quare abiecti ſũt ipſe ꝛ ſemen eius et ꝓiecti in terrã
d quã ignorauerũt? Terrã terra terra: audi ſermonẽ dñi.
e Hec dicit dominꝰ: Scribẽ virum iſtum ſterilem/ virum
f qui in diebus ſuis non pro
g ſperabitur: Nec em̃ erit de ſemine eiꝰ vir q̇ ſedeat ſuꝑ ſo

Al. Iconias
Al. voluptate
Myſtice

Nũqd vas abſq̃ omi volutate: q̃re abiecti ſunt ꝛc. qꝛ erant inutiles. Origenes videꝛ hoc exponere de chriſto: q̇ q̃ſi anulus de manu dei patris auulſus ſit: q̃n miſſus eſt in terrã captiuitatis. i. in hãc vallẽ lachrymaꝝ. Uñ. ĩ. xij. b. Reliqui domũ meã ꝛc. Mater eiꝰ eſt ſynagoga: q̃ capta eſt ꝛ ꝓiecta ꝑ captiuitatẽ romanoꝝ ꝑ morte crucifixiõis chriſti.

a Nũqd vas fictile atq̃ cõtritũ/ inq̃tũ hõ. Uñ Eſa. liij. b. Attritꝰ ẽ ꝓpꝛ ſcelera nr̃a. Eius em̃ ꝉra tradita ẽ in manꝰ impij: vt dr̃ Job. ix. c. Uel exponiꝛ h̃ de peccatore: De quo Eccl. xxj. c. Cor fatui q̃ſi vas ↄfractũ: oẽm ſapiẽtiã nõ tenebit. d Terra terra tra. Ter dicit ꝓpter malitiã triũ. ſ. ioachim/ iechonie: ſedechie. Uel ꝓpꝛ malitiã ꝑncipũ vel regũ: ſacerdotũ vel ꝓphetarũ ꝛ ꝑpli. Et ideo dicit ter: qꝛ ſuꝑ dixerat ſermonẽ ad treſ ꝑtes terre. ſ. libanũ: baſan/ ꝛ hierlm̃: q̃ tria erãt in terra iude: ꝑ que tria totã terrã duarũ tribuũ noiauit. Uel qꝛ in illa terra ſicꝰ ꝛ in nr̃a/ tria vitia fere ab oibꝰ diliguꝛ: ſcꝫ illa tria. j. Joh. ij. c. Omẽ qd̃ ẽ in mũdo ꝛc. Apoc. viij. d. Ue ve ve habitãtibꝰ ĩ terra. e Scribe virũ iſtũ ſterilẽ Alia lr̃a: Abominabilẽ ꝛ abdicatũ. Diciꝛ ꝙ illa ſcr̃ptura quã ſcripſit dñs inclinãs ſe ĩ terrã: fuit hec: Terra terra ꝉra/ ſcribe viroſ iſtos ſteriles ꝛ abdicatos: Joh. viij. a. e Scribe: q̃ſi h̃ nũq̃ a memoria decidat: qꝛ hec miſeria regis ꝛ ꝑncipũ erit ꝑpetua. Qd̃ aũt diciꝛ de iechonia/ q̇ ad vilitatẽ ſue culpe: põt exponi de chriſto/ q̇ ad vilitatẽ ꝑne: ſicut diciꝛ de ipſo Eſa. liij. a. Non erat ei aſpectꝰ neq̃ decor ꝛc. Tamẽ reuera ſicut ꝛ vult Hiero. nõ eſt pulchrũ hoc exponere de chriſto: cũ nõ dicaꝛ niſi de malitia illius. Similiter moraliter: quicũq̃ in ꝉra ſcribiꝛ/ ſterilis efficiꝛ. ſ. ab opibꝰ bonis. ĩ. xvij. b. Dñe recedẽtes a te in ꝉra ſcribenꝛ. Ul'/ ſterilis vt nullꝰ talis ſpũaliter poſſit deo generare: Tales maledicti ſũt ſm legẽ. Deuꝛ. vij. c. f Qui ĩ diebꝰ ſuis nõ ꝓſperabiꝛ. Sed ecõtrario diciꝛ de ↄfeſſore: In diebꝰ ſuis placuit deo ꝛ inuẽtus ẽ iuſtus.

Eccl. 44.

Dies nr̃i ſunt opa ꝑ gratiã informata: ꝛ tũc deo placẽt/ q̃n recta intẽtione fiunt. g Nec em̃ erit de ſemine eiꝰ vir q̇ ſedeat ſuꝑ ſoliũ dauid: et poteſtatẽ habeat vltra in iuda. Quõ hoc dicit/ cũ dicaꝛ ſuꝑ illd̃ Soph. j. b. Et erit/ in die hoſtie viſitabo ſuꝑ ꝑncipes: ꝙ vſq̃ ad tẽpꝰ hoſtie filij dei fuerũt reges de dauid. Jta ſuꝑ Geñ. xlix. b. Nõ auferet ſceptrũ de iuda ꝛ dux de femore eius: donec veniat qui mittẽdus eſt. Glo. tãdiu de ſemie iude reges fuerũt apud iudeos: donec chriſtꝰ de virgine naſcereꝛ. De iechonia em̃ vt hic dicꝛ Glo. natꝰ eſt ſalathiel/ de quo ꝫorobabel: ꝛ ſic vſq̃ ad chriſtũ. Preterea: nõne ipſe chriſtꝰ rex fuit: q̇ de ſemine dauid fuit: et ſuꝑ ſolium eius ſedit? Uñ Luc. j. c. Dabit illi dñs ſedẽ dauid patris ſui et regnabit in domo iacob in eternũ. Solõ. Uſq̃ ad chriſtũ fuerũt ꝑncipes ꝛ ñ regeſ. Jlli em̃ ſalathiel ꝛ ꝫorobabel nõ ſucceſſerũt in regiã poteſtatẽ: ĩmo in captiuitate fuerũt ꝛ ĩ reductiõe tanq̃ ꝑncipes ꝑpli: nõ tanq̃ reges. Fratres aũt machabei filij matathie nõ fuerũt de ſtirpe iſtius/ ſed de leuitica: Uñ ꝛ matathias dr̃ ſacerdoſ. Sed nõne chriſtꝰ diciꝛ rex regũ? Solutio patet ꝑ lr̃am hebreoꝝ: In diebꝰ eiꝰ nõ erit de regno eiꝰ vir ꝛc. Nõ em̃ in diebꝰ eius ſucceſſit rex: ſed multo poſt tp̃e de ſemine eiꝰ natus eſt chriſtꝰ. Uel ſolue ꝑ hoc ꝙ dicit: Uir. ſ. purus: ſed chriſtꝰ fuit ꝛ hõ ꝛ deus. Et itellige h̃ de regno terreno: q̃le nõ fuit regnũ chriſti/ ſ magis eternũ ꝛ celeſte. Uel dic ꝙ ſi poſt eũ fuerũt reges/ tñ nõ diciꝛ fuiſſe: vel qꝛ pauca/ aut nulla de his ſcripta ſunt: vel qꝛ cito defecerunt vſq̃ ad chriſtũ. Moraliter. g Nec em̃ erit de ſemie eiꝰ vir ꝛc. Cõtra ꝑlatos eſt: q̇ hic ſubſtituũt poſt morte ſuã parẽtes ſuos ĩ ꝑlaturis ſuis. Uel h̃ dr̃ ↄtra malũ ꝑlatũ: q̇ nõ ꝓmouet niſi malos in ꝑlaturã: q̃ nullꝰ ẽ dignꝰ regere regnũ eccl'ie.

liũ dauid/ et ꝑtãtẽ habeat vltra in iuda. Cap. XXIII.

b Ue paſtoribꝰ q̇ diſꝑgũt et dilacerant gregẽ paſcue mee dic dñs. Jdõ hec dic dñs deꝰ iſrꝉ ad paſto
k res q̇ paſcũt ꝑplm̃ meũ: Uõſ
l diſperſiſtis gregẽ meũ et eie
m ciſtis eos ꝛ nõ viſitaſtis eoſ.
n Ecce ego viſitabo ſuꝑ vos maliciã ſtudioꝝ vr̃oꝝ ait dñſ

Expo. Ca. XXIII.

Ue paſtoribꝰ Prius ↄtra reges locutꝰ eſt ꝓpheta: hic aũt cõtra paſtoreſ malos. Et diuidiꝛ hoc capitulũ in tres ꝑtes. Primo loq̇tur principaliter ↄtra doctores iudeoꝝ et ſacerdotes eorũ/ oſtendẽs ꝙ ꝑ malitiã paſtorũ diſꝑſus ſit grex dñi. Scd̃o loquiꝛ ꝑncipaliter ↄtra pſeudo ꝓphetas: q̇ ſua malitia totũ populũ corruperũt: ibi: Ad ꝓphetas. Tertio loquiꝛ cõmuniter ad ꝓphetas ꝛ ſacerdotes ꝛ ꝑplm̃/ arguẽs eos ꝙ ṽba cõminatiõis dñi verterũt in ꝓuerbiũ deriſoriũ: Dicebãt em̃ ad ꝓphas veros: qd̃ eſt onus dñi: q̃ſi nihil loq̇mini niſi onus: ſed onus nõdũ venit: ibi: Si igiꝛ interrogauerit. Dicit ergo. b Ue paſtoribus q̇ diſꝑgũt ꝛc. qꝛ dederũt ꝑplo cõſilia vt intret fedus cũ egyptijs ꝓpter qd̃ captiuati fuerũt. i Qui paſcũt ꝛc. i. paſcere deberẽt. Uñ Ezech. xxxiiij. a. Ue paſtoribꝰ iſrꝉ: q̇ paſcebãt ſemetipſos. Uel/ Qui paſcũt. i. deuorãt/ ſic ouis paſcit herbã. Ezech. xxxiiij. a. Nõne greges a paſtoribꝰ paſcuꝛ. i. deuorãꝛ? Et oñdit ꝙ ſic. Lac comedebatiſ ꝛ lanis opiebamini: ꝛ qd̃ craſſũ erat occidebatiſ. ĩ. vj. a. Paſcet vnuſq̇ſq̃ eos q̇ ſub manu ſua ſunt: qꝛ eoꝝ bona diripiunt. Michee. iij. a. Audite ꝑncipes domꝰ iacob/ ꝛ duces domꝰ iſrꝉ: nũq̇d nõ vr̃m ẽ ſcire iudiciũ: q̇ odio habetiſ bonũ ꝛ diligitis malũ: q̇ violẽter tollitis pellẽ deſuꝑ eos. i. pelliciã: ꝛ carnẽ eoꝝ deſuꝑ oſſibꝰ eoꝝ/ attenuãtes eos in anguſtijs ꝛ oſſa eoꝝ ↄfregerũt: Cũ tñ dicat Johannes militibꝰ/ Luc. iij. c. Cõtenti eſtote ſtipẽdijs vr̃is. k Uos diſꝑſiſtiſ gregẽ meũ: malo ↄſilio vr̃o: vl' cũ auſteritate ꝛ potẽtia eis impando ꝛ onera iportabilia imponẽdo: Matth. xxiij. a. l Et eieciſtiſ eos ꝛ nõ viſitaſtis eos: qꝛ cũ multa mala acciderãt ꝑplo ꝑ ↄſilio eoꝝ malo/ ñ dicũt eis ↄſiliũ quõ ab illis liberareꝛ. Deberẽt em̃ eiſ ↄſulere ꝙ ipſi ſperarẽt ĩ deo ꝛ peniterẽt: vt ſic a malo liberareꝛ. Ul' Eieciſtiſ: iniuſte excõicãdo/ m Et ñ viſitaſt: bñ ĩ recipiẽdo/ nolẽtes ſine pecũia eos recipe. Michee. iij. d. Sacerdotes eiꝰ in mercede docebãt: ꝛ ꝓphete eiꝰ in pecunia diuinabãt: Et ſi q̇s nõ dederit in ore eoꝝ q̇ppiã: ſctificãt ſuꝑ eũ ꝑliũ. Et ita corꝑaliꝛ ꝛ ſpũaliter affligunt ꝑlati ſubditos. ſ. malo exẽplo eos corrũpẽdo: ꝛ bona eoꝝ auferẽdo. Ul' duo mala h̃ nota: Eieciſtis impugnãdo ꝛ opprimẽdo eos: qd̃ eſt trãſgreſſio. Nõ viſitaſtis/ ĩfirmos/ qd̃ eſt omiſſio. Ezech. xxxiiij. a. Qd̃ ĩfirmũ fuit nõ ↄſolidaſtis: ꝛ qd̃ egrotũ nõ ſanaſtis: qd̃ ↄfractũ eſt nõ alligaſtis: ꝛ qd̃ abiectũ ẽ nõ reduxiſtis: ꝛ qd̃ perierat nõ q̃ſiſtis: ſed cũ auſteritate imperabitiſ eis ꝛ cũ potẽtia: et diſꝑſe ſunt oues mee. Zach. xj. d. Suſcitabo paſtorẽ in terra: q̇ derelicta nõ viſitabit: diſꝑſa nõ q̃ret: ↄtritos nõ ſanabit: id qd̃ ſtat nõ enutriet ꝛ carnes pinguiũ comedet: ꝛ vngulas eoꝝ diſſoluet. In grege em̃ dñi ſũt q̃nq̃ bona: q̃ iſti paſtores in eis lacerãt. Scilicet/ ↄtẽptꝰ mũdi. Uñ: Renuit ↄſolari aĩa mea. Jtẽ memoria dei. Uñ: Memor fui dei. Jtẽ delectatio ĩ deo. Uñ: Et delectatꝰ ſũ. Jtẽ laboriſ exercitatio. Uñ: Et exercitatꝰ ſũ. Jtẽ ſpũs defectio ꝑ contẽplatiõis dei admiratiõe. Uñ: Et defecit ſpũs meꝰ. Jlli q̇ hec q̃nq̃ habẽt/ ſũt ꝓprie grex dñi. Ezech. xxxiiij. g. Uos greges mei/ grex paſcue mee hoies eſtis. n Suꝑ vos malitiã ſtudioꝝ veſtroꝝ. i. peccatoꝝ ex ſtudio ꝛ certa malitia factoꝝ. Pctm̃ em̃ ex negligẽtia vl' ĩfirmitate vel ignorantie factũ/ excuſationẽ habet: ſed illud nõ. Jõ

Ps. 76.

dicꝛ Matth. xij. c.

ſ dr̄ Matth.xij.c. Dico vob̄ oē pct̄m et blaſphemia remittet̄
hoib⁹/ſpūs aūt blaſphemię n̄ remittet̄. a ¶Et ego cōgre
gabo reliq̄ās greḡ mei de oib⁹ t̄ris. Prophia ḋ reduc
tiōe poſt captiuitatē facta: vl' de ↄuerſiōe reliq̄ay q̄ fiet i fine:
Ro.11.c. qn̄ reliq̄ę ſaluę fiēt: ⁊ plenitudo gētiū intrauerit. In reliquijs
notat̄/⁊ vilitas/⁊ pau
citaſ. De hoc Ezech.
xxxiiij.d. Educā oues
meas de pplis: et cō
gregabo eas de terris
et inducā eas in terrā
Joh.10.c suam: vt ſic fiat vnum
eorum ouile.ſ.iudęoꝝ
⁊ gentiliū in fide con/
gregatorum. Uel/de
oibus terris/ chal/
f.33.c. deoꝝ. c ¶Ad quas
eiecero eos illuc:

a Et egō congregabo reliq̄as
b gregis mei dē oibus t̄ris ād
c d q̄s eiecero eos illuc: ⁊ cōuer
tā eos ad rura ſua: et creſcēt
e f ⁊ mūltiplicabunt̄: ēt ſuſcita/
g bo ſup eos paſtoreſ/⁊ pāſcēt
h eos. Nō formidābūt vltra: ⁊
i non pauebūt: ⁊ nūllus q̄ret̄
k ex nūero dicit dn̄s. Eccē di/
l es veniūt dicit dn̄s: ēt ſuſci/
m n tabo dauid gērmē iuſtū: ⁊ rē
o gnabit rex/⁊ ſapiēs erit: ēt fa
ciet iudiciū ⁊ iuſticiā i terra.
p In dieb⁹ illiſ ſaluābit̄ iuda:
q r ēt iſrael habitābit ↄfidēter.
s Et hoc ē nomē qd̄ vocabūt
t v eū: dn̄s iūſtus nr̄. Prōpter
x hoc ecce dieſ veniūt dic dn̄s

per chaldęos. d ¶Et creſcēt/in poſſeſſiōe rex. e ¶Et mul
tiplicabunt̄/in numero pſonay. f ¶Et ſuſcitabo ſuper
eos paſtores.ſ.neemiā/eſdrā/zorobabel/ ⁊ aggeum/et za/
chariā. Uel/Paſtores/aplos ⁊ aplicos viros. g ¶Et pa/
ſcent eos/exēplo/v̄bo/corpali ſubſidio. Joh.xxj.c. Paſce/
paſce/paſce. Eccl.vij.c. Pecora tibi ſunt/attēde illis.3.iij.e.
Introducā vos i ſion: ⁊ dabo vobis paſtores iuxta cor meū
⁊ paſcēt vos ſciētia ⁊ doctria. Ibidē.f. In dieb⁹ illis ibit do
mus iuda ad domū iſrl': ⁊ veniēt ſimul de terra aq̄lonis ad ter
rā quā dedi patrib⁹ v̄ris. h ¶Nō formidabūt vltra: et
nō pauebūt. Ezech.xxxiiij.f. Faciā cū eis pactū pacis: ⁊
faciā ceſſare beſtias peſſimas de t̄ra: ⁊ q̄ habitant in deſerto/
ſecuri dormiēt i ſaltib⁹/⁊ ponā eos i circūitu collis mei bn̄di/
ctionē. Et poſt. Erūt i t̄ra ſua abſq̄ timore/⁊ ſciēt q2 ego dn̄ſ
cū ↄtriuero catenaſ iugi coꝝ ⁊ eruero eos de manu ipantiū ſi
bi: ⁊ nō erūt vltra i rapinā in gētib⁹: ſ3 habitabūt ↄfidēter abſ
q̄ vllo terrore. i ¶Et null⁹ q̄ret̄ ex numero.i.aliq̄s q̄ de/
ſit: ſic̄ illud qd̄ dicit cicero/platonis: Un⁹ duo tres/quart⁹ de
numero tu ne? q̄ſi req̄re q̄rtus deeſt. Similit̄ in patria nullus
remanebit de nūero p̄deſtinatoꝝ q̄ nō ſaluet̄: nullus etiā de p̄
ſcitis deerit ab iferno. Tūc em̄ trāſibūt oēs greges ad manū
numerātis: vt.j.xxxiij.b. Sic ⁊ null⁹ erit/de cui⁹ ſalute vl' pdi
tiōe n̄ oporteat p̄latoſ reddere rōnē. Gen̄.xxxj.f. Captū a be
ſtia n̄ oſn̄di tibi: oē damnū reddebā tibi: q̄cq̄d furti pierat a me
req̄rebas. Hoc em̄ q̄n accipiūt curas ſpondēt p̄lati.ſ. de red/
dēda rōne de eis. Un̄ Prouerb.vj.a. Fili mi ſi ſpopōderſ p
amico tuo defixiſti ⁊c. Ne q̄reret aūt q̄s/q̄n h̄ fiēt.ſ.liberatio
ppli: reſpōdet dicēs. k ¶Ecce dies veniūt: q̄ſi cito ⁊ eui/
dēter: ⁊ dies/ppter leticiā ⁊ euidētiā ⁊ pſperitatē. l ¶Et ſu
ſcitabo dauid: datiui caſus ē: m ¶Germē iuſtū.ſ.zoro
babel. n ¶Et regnabit rex.ſ.dux ppli. o ¶Et faciet iu/
diciū ⁊ iuſticiā in t̄ra/iudęoꝝ. p ¶Saluabit iuda.ſ.
duę trib⁹. q ¶Et iſrl'.i.decē trib⁹. r ¶Habitabit ↄfidēt̄:
ſ.ex duab⁹ tribub⁹ ⁊ decē fiet vn⁹ ppl's: q2 pauci de decē tribu/
b⁹ redierūt. s ¶Dn̄s iuſt⁹ nr̄: iudęi ſolēt noīa dei filijs ſuiſ
De chriſto iponere. Sed meli⁹ ⁊ veri⁹ totū de chriſto exponit̄: q̄ abiectiſ
paſtorib⁹/ſcribis ⁊ phariſęis: aplis ⁊ aplicis viris i loco coꝝ
ↄſtitutiſ ad ſaluādas gētes/⁊ reliq̄aſ iudęoꝝ: Dicit̄ em̄ paſtor
paſtoꝝ/⁊ dn̄s dominātiū. Un̄ expōit̄ h̄ de p̄mo aduētu: q̄ dr̄
dies: q2 tūc illūinat⁹ ē mūd⁹ cū ſol iuſticię incępit lucere ſup
terrā. Malach.iiij.a. Orief vobis timentibus nomē meū ſol
iuſticię. Ideo dicit Eſa.ix.a. Ppl's q̄ ambulabat in tenebris
Ps.111. vidit lucē magnā ⁊c. Ps. Exortū ē in tenebris ⁊c. l ¶Et ſu/
ſcitabo: q2 ſolo ope ſpūſſcti/nō viri ſemine fact⁹ eſt de ſtirpe
Ps.131. dauid.ſ.hō ⁊ h̄ ē dauid: q2 dr̄ i Ps. Jurauit dn̄s dauid ve/
ritatē ⁊ nō fruſtrabit̄ eū: de fructu vētriſ tui ⁊c. Eſa.ix.b. Sup
ſoliū dauid ⁊ ſup regnū ei⁹ ſedebit: vt ↄfirmet illud ⁊ corrobo
ret in iudicio ⁊ iuſticia amodo ⁊ vſq̄ i ſempit̄nū. Sed oēs alij
reges licz regnauerint: tn̄ mortui ſūt: iſte aūt cū cępit eſſe rex
de dauid/nunq̄ poſt deſijt/nec deſinet eſſe: et iō ppriē dicit̄
ſuſcitatus. m ¶Germē iuſtū.i.iuſtū in germine.i. in cōce/
ptione: qd̄ de ſolo ipo pōt dici. Un̄ alia l'ra habet: Orientē
iuſtū. Ezech.xxxiij.g. Suſcitabo eis germē iuſtū noiatū: ⁊
nō erūt vltra iminuti fame in terra: neq̄ portabūt ampli⁹ op/
pbriū gētiū: ⁊ ſciēt q2 ego dn̄s de⁹ eoꝝ cū eis. Dicit̄ etiā ger/
mē: q2 ad h̄ miſit eū pater vt h̄ germine vl' ſemine t̄ra fructifi/
caret. De q̄ Eſa.j.c. Niſi dn̄ſ exercituū reliq̄ſſet nob̄ ſemē ⁊c.
Ipſi q̄ſi radici inſerti ſum⁹ p fidē/vt ſic creſcere ⁊ fructificare
poſſim⁹: ſine q̄ aridi ⁊
ſteriles ſum⁹. Ro.xj.
c. Tu ex naturali exci
ſus es oleaſtro: ⁊ ↄtra
naturā iſert⁹ bonę oli/
uę. Ibidē. Si radix
ſancta et rami.ſ.q̄dū
rami radici ihęſerint.
Ideo dicitur Jaco.j. B
c. Abijciētes omnem
immunditiam ⁊ abun
dātiā malitię/ in man/
ſuetudine ſuſcipite in/
ſitū v̄bū: qd̄ pōt ſaluare aīas v̄ras.j. Pet.j.d. Simplici ex
corde inuicē diligite attēti⁹/renati nō ex ſemine corruptibili ſ3
icorruptibili p v̄bū dei viui ⁊ pmanētiſ i ęt̄nū. De hui⁹ ſemi/
nis radicatiōe et fructificatiōe/Ezech.xvij.a. Tulit medullā
cedri ⁊ trāſportauit eā in terrā chanaan: ⁊ tulit de ſemie terrę
⁊ poſuit illud in terra p ſemine vt ↄfirmaret radicē ſup aquas
multas. Cūq̄ germinaſſet creuit i vineā latiorē: Facta ē ḡ vi
nea ⁊ fructificauit i palmites ⁊ emiſit ppagines. Per medul/
lā cedri deitas ſignificat̄: p ſemen t̄rę/chriſti hūanitas: q̄ duo
ſunt ſemē ex q̄ i tā latū creuit hodie eccleſia. In hoc em̄ ſemi/
ne bn̄dictę ſunt oēs gētes: vt dr̄ Gen̄.xxij.f. De hoc Ezech.
xxxiiij.f. Suſcitabo ſup ea.ſ.pecora/paſtorē vnū q̄ paſcat ea:
ſeruū meū dauid: ipē paſcet ea: ⁊ ipē erit eis i paſtorē. n ¶Et
regnabit rex/⁊ ſapiēs erit.i.ſapiēt̄ regnabit. Un̄: oīa i ſa Ps.103.
piētia feciſti.i.ſapiēter: q2 vt dr̄ Eſa.vij.c. Butyꝝ ⁊ mel come
det vt ſciat reprobare malū ⁊ eligere bonū. Quia licz ſit puer:
tn̄ habebit diſcretionē boni ⁊ mali: q2 Col'.ij.a. in eo ſunt oēs
theſauri ſapiētię ⁊ ſciētię abſcōditi. Un̄. o ¶Et faciet iudi
ciū ⁊ iuſticiā in terra. Hoc erit in ſcd̄o aduētu: in q̄ iuſte
iudicabit. Un̄ Eſa.xj.a. Non ſm viſionē oculoꝝ ⁊c. et pcuti/
et terrā v̄ga oris ſui: ⁊ ſpū labioꝝ ſuoꝝ iterficiet impiū. Oēme
em̄ iudiciū pater dedit filio: Joh.v.d. Un̄ Ps. De⁹ iudiciū Ps.71.
tuū regi da: ⁊ iuſticiā tuā filio regis. Ecce ne ſpes p̄mi aduen/
tus cederet nob̄ i p̄ſumptionē: ſb̄dit de iudicio futuro ex quo
debet ſurgere timor. Similit̄ illud qd̄ dicit̄ de iudicio in Eſa.
xj. ſubdit̄ ſtatim poſtq̄ locut⁹ eſt de p̄mo aduētu. Gladiū em̄
vindictę habuit dn̄s tn̄ in ore in p̄mo aduētu: vt dr̄ Apoc'.
j.d. Gladius de ore eius exibat ex vtraq̄ pte acut⁹: ſ3 in iudi/
cio habebit/⁊ in ore/⁊ in manu: q̄n pcutiet terrā virga oris ſui
⁊ ſpū labioꝝ ſuoꝝ interficiet impiū. p ¶In dieb⁹ illis ſal
uabit̄ iuda ⁊ iſrl' habitabit ↄfidēter. Judęi ⁊ gēteſ/duę
trib⁹ ⁊ decē. Tūc em̄ cōgregabunt̄ pariter filij iuda ⁊ filij iſrl'
⁊ aſſumēt ſibi caput vnū: Oſee.j.d. q̄n.ſ. erit vnū ouile ex eis ⁊ Joh.10.c
vn⁹ coꝝ paſtor. Un̄ Ezech.xxxvij.d. Aſſume tibi lignū vnū
⁊ ſcribe ſup illud iudę: ⁊ aſſume lignū alterū et ſcribe ſup illud
ioſeph ⁊ ephraim: ⁊ adiūge illa/vnū ad alteꝝ tibi i lignū vnū:
⁊ erūt i vniōnē i manu tua. Et poſt pauca. Faciā eos i gentē
vnā i t̄ra: et rex vn⁹ erit oib⁹ imperās/⁊ nō erūt vltra duę gē/
teſ: nec diuidēt̄ ampli⁹ i duo regna. r ¶Habitabūt ↄfidēt̄:
q2 ad l'raz/chriſto icarnato/ſtatim ceſſauit guerra vniuerſalis i
mūdo. Un̄ Eſa.ij.a. Erit i nouiſſimis ⁊c. Et poſtea. Nō leua
bit gens cōtra gentē gladiū: nec exercebunt̄ vltra ad p̄liū. Et
Michęę.iiij.b. poſtq̄ ſit' dixit de p̄mo aduentu: poſt ſubdit:
Sedebit vir ſubt⁹ vineā ſuā ⁊ ſubt⁹ ficū ſuā ⁊ nō erit q̄ deterre
at: q2 oēs ppli ambulabūt vnuſq̄ſq̄ in noīe dei ſui. Uel hoc ex
ponit̄ ḋ ſecuritate felicitatiſ ęternę/q̄ dabit̄ beatiſ poſt iudiciū.
Un̄ Eſa.xxxij.d. Et ſedebit ppl's me⁹ i pulchritudine pacis: ⁊
in tabernaculis fiducię ⁊ in reqe opulenta. s ¶Dn̄s: ideo ti/
mēd⁹ ⁊ reuerēd⁹. t ¶Iuſt⁹: iō fiducialiter p ſecurā ſpē expec/
tād⁹: q2 ē iuſt⁹.i.iuſticia oim. Un̄.j. Cor'.j.d. Qui factus eſt
nob̄ ſapīa a deo ⁊ iuſticia ⁊ ſctificatio ⁊ redēptio. v ¶Noſter:
iō amād⁹ ⁊ cōplexād⁹. Un̄ emanuel.i. nobiſcū de⁹: Eſa.vij.c.
Ezech.xxxiiij.g. Uos greges paſcuę ⁊c. x ¶Propter hoc

 ecce dies veniūt

E ecce dies veniũt.ſ.ad hec ꝑdicta faciẽda. a Et nõ di-
cẽt vltra ⁊c.q̃ſi hãc formã iuramẽti nõ habebũt vltra. Idẽ
ſ.xvj.c. b Sed viuit dñs ⁊c. de terra aq̃lonis.i.de
babylõe:q̃ſi obſcurabit ⁊ minꝰ ⁊ vetus miraculũ ꝑ nouũ ⁊ ma
ius. Eccl.xxxvj.a. Innoua ſigna/imuta mirabilia / glorifica
manum ⁊ brachiũ de-
xtrũ. Vl' de chriſto:q̃-
ſ.16.c. ſi nequaq̃ ꝑ moyſen
liberabit ꝑpl's de pctõ
vel inferno vel diabo-
lo : a quo q̃ſi ab aq̃lo-
ne eſt om̃e malũ de cũ-
ctis terris:qđ erit i fi-
ne:q̃ñ ab oriẽte ⁊ occi-
dente veniẽt ⁊ recũbẽt
cũ abraã/iſaac ⁊ iacob
in regno celorũ: vt dr
Matth.viij.b. Ioh.
xj.g. Ieſus moriturꝰ
erat ꝓ gente: ⁊ nõ tm̃

a ẽt nõ dicẽt vltra: viuit dñs q̃
eduxit filios iſrl' de terra egy
b pti: ſed viuit dñs q̃ eduxit et
adduxit ſemẽ domus iſrl' de
terra aq̃lonis: ⁊ de cũctis ter
ris ad q̃s eiecerã eos illuc et
habitabũt in terra ſua. Ad
c d ꝓphẽtaſ. Cõtritũ ẽ cor meũ
e i medio mei / cõtrẽmuerunt
f oĩa oſſa mea. Factꝰ ſum q̃ſi
g vir ebrius: ⁊ q̃ſi hõmo madi
h dus a vino / ã facie dñi ⁊ a fa
i cie vẽrborũ ſanctorꝝ eius: qr
k ⁊ adũlterijs repleta eſt terra:
l m qr ã facie maledictiõis lũxit
n terra: ãrefacta ſũt arua deſer
o ti. Fãctꝰ ẽ curſus eorꝝ malꝰ ⁊
p q fortitũdo eorꝝ diſſimil'. Prõ
r s pheta nãq̃ ⁊ ſacẽrdos põl-
t luti ſũt: ⁊ i dõmo mea iueni

ꝓ gente:ſed vt filios dei q̃ erant diſꝑſi cõgregaret in vnũ. c
Ad ꝓphetas/ſupple eſt hic ſermo q̃ ſequit.i.cõtra pſeudo
ꝓphetas. d Cõtritũ eſt cor meũ in medio mei. Hoc
dicit cõdolẽs ꝓphis malis. Viri em̃ ſcti vidẽtes mala multi-
plicari/accẽdũt celo ↄtra vitia: ⁊ nihilominꝰ cõpatiẽtes ſunt
Ps.118. primis. Vñ. Ps. Vidi ꝑuaricãtes ⁊ tabeſcebã:qr eloq̃a tua
nõ cuſtodierũt. Eſa.vj.b. A voce loquẽtis repleta eſt domꝰ
fumo. Cõtremiſcũt etiã ex hoc timẽtes ſibi: Vñ. e Cõtre
muerũt oĩa oſſa mea.i.virtutes in q̃bus tota cõſiſtit for-
Ps.34. titudo aĩe:ſicut in oſſibꝰ fortitudo corpis. De q̃bꝰ Ps. Oĩa
oſſa mea dicẽt:dñe q̃s ſimilis tibi. Quia a facie tua.i.ↄſidera
tiõe iudicij tui/⁊ ſentẽtie ꝓferẽde ↄtra pctõres/in ipſis virtu-
tibꝰ meis totus ↄtremiſco. De his oſſibꝰ Geñ.l.d. Aſporta-
te hinc oſſa mea vobiſcum ⁊c. Eccl.xlix.c. Prophetarũ oſſa
pullulauerũt de loco ſuo:⁊ corroborauerunt iacob. Sic ergo
iſte ↄſiderãs pctã malorꝝ:⁊ diſtrictionẽ diuine ſentẽtie:ↄtritũ
⁊ ↄtribulatũ ſpm̃ deo affert i ſacrificiũ verũ. Hoc em̃ ẽ ſacrifi-
ciũ vel victima ꝑ quã ↄterit totus hõ vetus ꝑ abſtinentiã: vo
luntas ꝑ obediẽtiã:ratio ꝑ fidẽ:ↄſciẽtia iterior ſiue nouus hõ
ꝑ humilitatẽ q̃ cõterit virtutes ⁊ adnihilat q̃ ſunt mẽbra noui
hoĩs:quorꝝ tota fortitudo cõminuit in ↄtẽplatione dei ⁊ ver-
Ps.118. borum eius. Vñ Ps. Defecit in ſalutari tuo aĩa meã. Alibi.
Ps.76. Memor fui dei ⁊ delectatꝰ ſum:⁊ exercitatꝰ ſum ⁊ defecit ſpi
ritus meꝰ. Cantic.v.b. Aĩa mea liq̃facta eſt vt dilectꝰ locutꝰ
eſt. Verba em̃ eius ſunt ignis. f Factꝰ ſum q̃ſi vir ebri-
us.i.ſtupidus et ſtupefactus. h A facie dñi.i.reuela-
tiõe malorꝝ q̃ euenient ipſis. i Et a facie vborꝝ ſanctorꝝ
Moraliter eiꝰ:q̃bus reuelauit mihi terre deſtructionẽ. Moraliter. f
Factꝰ ſũ q̃ſi vir ebriꝰ/vino de cellario paradiſi:q̃ iebriant
ſoli amici. Vñ Cãtic.v.a. Comedite ⁊ bibite amici: ⁊ inebri-
amini chariſſimi. Prouerb.xj.d. Qui inebriat ipſe inebria-
bit.ſ.ꝑdicator qui inebriat alios vino doctrine:⁊ ipſe inebria-
bit vino celeſtis grẽ. Sic chriſtus nos inebriãs vino grẽ ſue/
inebriatus fuit vino amoris intãtũ.ſ.vt in cruce nõ erubeſce-
ret nuditatẽ. Geñ.ix.c. Noe plantauit vineã : bibenſq̃ vinũ
inebriatus eſt:⁊ nudatus in tabernaculo ſuo. g Et q̃ſi hõ
madidus a vino. Ebrius vino impedit a loq̃la: ſic ebriꝰ
a vino verborꝝ dei ꝑdit linguã mũdi. Exo.iiij.c. Ex q̃ locutꝰ
es ad ſeruũ tuũ:impeditioris et tardioris lingue ſum. Ebriꝰ
etiã audax ẽ:ſic talis ad ardua aggrediẽda.ij. Cor.xj.e. In
quo q̃s audet/audeo ⁊ ego. Phil.iiij.c. Om̃ia poſſum in eo
q̃ me cõfortat. Itẽ ſtultꝰ ẽ ⁊ reputat:ſic talis. Vñ.j.Cor.iij.
d. Sapiẽtia mũdi ſtulticia ẽ apud deũ:⁊ q̃ vult eſſe ſapiẽs ſtul
tus fiat vt ſit ſapiẽs. Iob.xij.a. Deridet iuſti ſimplicitas:lã-
pas cõtẽpta apud cogitationes diuitũ. h A facie dñi.i.
a cõſideratiõe patris. i Et a facie verborꝝ ſctorꝝ eius:
ſiue: A facie decoris glorie eius: vt dicit alia littera : id eſt fi-
lij qui eſt ſplendor glorie ⁊ figura ſubſtantie patris: vt dicitur
Heb.j.b.q.d. a cõſideratione horum animo ⁊ corpore per-
Ps.72. horreſco. Vñ: Ut iumentum factus ſum apud te. Sed quõ
hoc verũ ẽ/cũ reuelatio dei fiat cũ delectatione; ſ diaboli cũ

horrore: vt dicit ſuper Eccl.xxxiiij. Solutio. In reuelatione
dñi nõ ẽ horror de viſione/ſ de ꝓprijs pctis. Vñ horror in-
uaſit abraã: q̃ñ ipſo abigẽte aues a cadaueribꝰ ſol occubuit: vt
dr Geñ.xv.c. qđ ẽ ex ↄſideratiõe pctõrꝝ ſuorꝝ vel aliorꝝ in ſe
inhorreſcere poſt ↄſpectũ diuine maieſtatis. Iob.iiij.c. Ad
me dictũ eſt verbũ ab
ſconditũ: ⁊ q̃ſi furtiue
ſuſcepit auris mea ve
nas ſuſurrij eius: In
horrore viſiõis noctur
ne/ q̃ñ ſolet ſopor oc-
cupare hoĩes/ pauor H.tadu
tenuit me ⁊ tremor/et
oĩa oſſa mea ꝑterrita
ſũt. Ibi Gregꝰ. Quo
animus cõtẽplatione
leuatꝰ ſup ſe altiora cõ C
ſpicit / eo i ſe terribiliꝰ
tremit. Ubi eſt aũt re-
uelatio que non eſt de
deo/ ibi eſt horror non de peccatis ſed de viſione. Vel dic q̃
duplex eſt horror.ſ.nociui/hic non eſt in reuelatione dñi: ⁊ in
cõſueti/iſte eſt: de hoc Daniel.x.b. Ego relictus ſolꝰ vidi vi-
ſionẽ grandẽ hanc: ⁊ nõ remãſit in me fortitudo:ſed ⁊ ſpecies
mea imutata eſt ⁊ emarcui/nec habui quicq̃ virium. Et hoc:
k Quia adulterijs repleta eſt terra. Hec oĩa ſunt cau
ſa ſtupefactiõis ꝓphete. Sicut aũt ad litterã/adulter eſt qui in
vxore alterius delectat: ſic adulter ẽ intellectꝰ qui in alia veri-
tate vl' ſapiẽtia q̃ in ꝑma vult delectari: Hec em̃ ſola eſt ſpõ-
ſa intellectus. Vñ Sap.viij.a. Queſiui eã ſpõſam mihi aſſu
mere ⁊ amator factus ſum forme illius. Similiter affectꝰ adul
ter eſt/ q̃ in alia ſuauitate q̃ in prima delectat: q̃ ſola eiꝰ vxor
eſt. Vñ Numeri.xv.d. Loq̃re filijs iſrl': ⁊ dices ad eos vt faci
ant fimbrias per q̃ttuor angulos palliorꝝ: quas cũ viderint re
cordent omniũ mandatorꝝ dei ⁊ nõ ſequant cogitatiões ſuas
⁊ oculos ſuos/ꝑ res varias fornicãtes. Similiter adulteri ſũt
qui ꝓ lucro tꝑali vel laude /ꝑpl'm docẽt vel ꝑdicant.ij.Cor.
iiij.a. Habẽtes hanc adminiſtrationẽ miſcdiam cõſecuti ſu-
mus/nõ adulterãtes verbũ dei:ſed in manifeſtatiõe veritatis
cõmẽdãtes noſmetipſos ad oẽm ↄſcientiã hominũ corã deo.
Iſti falſi ꝓphe verbũ dei adulterabãt/vl' falſa ꝑdicãdo vel ꝓ
lucro placẽdi: vel aliud dicẽdo/aliud faciẽdo. l Quia a fa
cie maledictiõis luxit terra.i.ꝓpter maledicta eorũ: q̃bꝰ
blaſphemabãt deũ ⁊ veros ꝓphetas : vel q̃bus ſupflue iura-
bant: vel q̃bus falſa ꝑdicabant. Et ideo. m Luxit terra.ſ.
ſterilis facta ẽ: ſicut pratũ dicit ridere q̃ñ floret. n Areſa-
cta ſunt arua deſerti: qr nõ eſt qui ea excolat. Iohel.j.d.
Demolita ſunt horrea: diſſipate ſunt apothece: qm̃ ↄfuſum ẽ
triticũ. Abacuk.iij.d. Mentiet opus oliue: ⁊ arua nõ afferẽt
cibũ. o Factus eſt curſus eorꝝ malus.i.impetus eiꝰ
in pctm̃.ſ.viij.c. Oẽs cõuerſi ſunt ad curſum ſuũ q̃ſi equus
impetu vadẽs ad ꝑlium. Prouerb.j.b. Pedes eorũ ad ma-
lum currũt: ⁊ feſtinãt vt effundãt ſanguinẽ p Et fortitu-
do eorꝝ diſſimilis.ſ.bone fortitudini quã habẽt ſancti: q̃ ẽ
ad bona ardua aggrediendi/eorũ eſt autẽ ad peccata faciẽda.
Prouer.xv.b. Cor ſtultorꝝ erit diſſimile. Sed q̃ ſperãt i dño Eſa.40.g.
mutabũt fortitudinẽ.ſ.vt nõ ſint ſicut aſini : q̃rũ fortitudo ẽ i
poſteribꝰ nõ in anterioribꝰ. Sed dr Geñ.xlix.c. Iſachar aſi-
nus fortis/ vt ſit.ſ.fortis ad anteriora.i.ſp̃ualia: ſ debilis ad
poſteria.i.tꝑalia. Sed mali ſunt vt rota: que anterius cadit et
poſterius eleuat. Vñ. Ps. Pone illos vt rotã. Eſa.v.e. Ve Ps.82.
qui potẽtes eſtis ad bibendũ vinũ: ⁊ viri fortes ad miſcendã
ebrietatẽ. Fortitudo ergo ſanctorꝝ cõparat palme : q̃ in imo
debilis eſt ⁊ ſtricta: ſed in ſuperioribꝰ lata ⁊ ſpacioſa: vt dicit
Gregꝰ ſup illđ Iob.xxix.c. In nidulo meo moriar: ⁊ ſic pal-
ma multiplicabo dies. q Propheta nanq̃.i.doctores
iudeorũ. r Et ſacerdos/ templi miniſtri. s Polluti
ſunt. Simile.ſ.vj.c. A ꝓpha vſq̃ ad ſacerdotẽ cũcti faciunt
dolũ. Daniel.xiij.a. Iniq̃tas egreſſa eſt de babylone a ſenio
ribus iudicibus q̃ videbant regere ꝑpl'm. t Et in domo
mea inueni malũ eorꝝ.ſ.auaricie/luxurie/ſupbie: vel ido-
latrie.ſ.xj.c.

latrię.ſ.xi.c.Quid eſt qḋ dilect⁹ me⁹ in domo mea facit ſcelera multa.ſ.vij.g.Fecerūt filij iuda malū in oculis meis:poſuerūt offēdicula ſua in domo in q̄ inuocatū eſt nomen meū vt pollueręt eā. a Idcirco via eorū erit q̄ſi lubricū in tenebris.Qui em̄ pctō ɔſentit/a luce grē priuat: et ideo in tenebris ē:q2 nō ſequitur lumen/qḋ dicit Ioh.viij.b.Qui ſeqtur me nō ambulat in tenebris: ſed habebit lumē vitę. Et ideo de pctō in peccatū ruūt vl' in pęnā:q2 via eorū tenebroſa eſt ⁊ neſciūt vbi corruunt: vt dicit Prouerb.iiij.c.Pſ.

Pſ.34. Fiant vię illorū tenebrę ⁊ lubricū:⁊ angel⁹ dn̄i pſequēs eos. Vn̄ dauid bene in lubrico iuit: qn̄ de adulterio in homicidiū ruit. ij.Reg.xi. b Impellent em̄:omi vēto doctrinę ⁊ temptationū/incutiēte eos p hanc viā tenebroſam.

a malū eorū/ait dn̄s. Idcircō via eorū erit q̄ſi lubricū in te-
b nebris:impellent em̄ ⁊ cor-
c ruēt ī ea. Quia afferā ſuper
d eos mala:ānnū viſitationis
e eorū/ait dn̄s.Et ī pphētis ſa
f marię vidi fatuitatē:⁊ pphē
g tabāt in baal et decipiebāt
h pplm meū iſrl'.Et ī pphētis
i hierl'm vidi ſilitudinē adul-
k terātiū ⁊ iter mēdacij.Et cō
l fortāuerūt man⁹ peſſimorū
m vt nō cōuerterent vnuſqſq3 a
n malicia ſua. Fācti ſūt mihi
o omēs ſodoma: et hābitato-
p res ei⁹ q̄ſi gomorra. Pro-

tur homini iuſta ⁊ nouiſſima eius ducūt ad mortē. n Et ɔfortauerūt manus peſſimorū. Dicebāt em̄:nō timeatis qḋ dic̄ vob hieremias:q2 nō apprehēdet vos aliqḋ malū: Sic ⁊ mali p̄lati exēplo ſuo cōfortāt man⁹.i.mala opa hereticorū:vel malorū ſubditorū. In hoc em̄ maxime eos cōfortāt: q2 de bonis q̄ illi mali acquiſierūt accipiūt ⁊ inuitāt eoſ ſic ſuo exemplo ad male adhuc acq̄rēdū. Oſee.iiij.b. Peccata pplī mei comedent:et ad iniq̄tatē ſubleuabūt aīas eorū: ⁊ erit ſicut pplſ ſic ſacerdos. o Facti ſūt mihi omēs ſodoma:pctā ſua publice facientes. Eſa.iij.b. Peccatū ſuū ſicut ſodoma p̄dicauerūt/nec abſconderūt.Et ideo ſūt ſodoma.i.muti:q2 nō audēt de vitijs p̄dicare:immo p̄dicant ſepe p vitijs defendēdis. Eſa.lvj.d.Canes muti nō valētes latrare. p Et habitatores ei⁹ q̄ſi gomorra.

ſ.9.c.

pterea hec dic̄ dn̄s exercituū
q ad pphaſ.Eccē ego cibabo
eos abſinthio:⁊ potabo eos
r felle. A pphētis em̄ hierl'm
s egrēſſa eſt pollutio ſup oēm
terrā. Hec dicit dn̄s exerci-
t tuū: Nōlite audire v̄ba pro
phetarū qui pphetāt vobis
v ⁊ decipiūt voſ. Viſionē cor
dis ſui loquūt n̄ de ore dn̄i.
x Dicūt his qui blaſphemāt
y me:locūt⁹ eſt dn̄s: Pāx erit
z vobis:⁊ ōmni q̄ ambulat in
prauitate cordiſ ſui dixerūt:
nō veniet ſuper nos malū:
b Quis em̄ affuit ī ɔſilio dn̄i:

B

c Et corruēt ī ea: quia grē ſuſtentamentū nō habēt quo caſum vitent vel a caſu reſurgāt: Sunt em̄ ſoli.i.ſine deo/⁊ iō cū cadunt nō habēt ſubleuantē: vt dicit Eccs.iiij.c.Vere aūt corruēt : nō ſolū in pctm̄/ſed ⁊ in pęnā: d Quia afferam ſup eos mala: ſ.captiuitatis.Ergo ſm hoc malum a deo eſt:⁊ malū eſt.Ad idē Amos.iij.b. Nō eſt malū in ciuitate qḋ dominus nō fecerit. Solutio. De malo culpę planū eſt q2 nō eſt/ nec a deo eſt:nec etiā malū pęnę inq̄tum malū eſt/a deo eſt.Nō em̄ eſt de natura ignis vel aquę q2 ſint malum.i.homini nociua:ſed poti⁹ ē hoc pęna pcti:q2 vt dr Sap.v.c. Ipſe armauit creaturā in vltionē inimicorū. Tamē illud qḋ ē malū pęne.i.ipſa natura eſt a deo q̄ ex peccato hoīs facta eſt homini mala:nō ſimpliciter/ſed tm̄ ſm opinionē eorū q̄ hęc patiunt / cū tamē potius hęc mala cōuertit in bonū.ſ.per correctionē. e Annū viſitatiōis eorū.i.tēpus quo eos viſitabo.ſ.p flagella.

Pſ.88. Pſ. Viſitabo in virga iniq̄tates eorū ⁊c̄. f Et in pphetis ſamarię.Oſtēdit p ſimile q2 pſeudo pphę duarū tribuū debēt ſibi timere:q2 illi pſeudo de decē tribub⁹ captiuati ſūt: ideo ⁊ illi de duab⁹ tribubus captiuabunt / cū in ſimili culpa ſint. g Vidi fatuitatē:q2 falſam ſcientiā ſibi aſcribunt: et tanq̄ fatui ab illo qui vere ſapiētia eſt recedūt/⁊ adherēt mutis idolis.Vn̄/ h Et.i.quia. i Prophetabāt in baal: id eſt ſpiritu diabolico agitati ⁊ cōcitati erant ad pphandū q̄ dicebāt: cui ſpiritui idolū eorū conſecratū erat:vel q2 docent adorare idola quę demonibus conſecrata ſunt.

Myſtice Myſtice. Prophetę ſamarię ſunt doctores ecclię: qui fatuitatē habēt: quia pphetant in baal.i.vt ſint ſuperiores vel aliorū deuoratores/docēt vel p̄dicant: Sic em̄ interpretat baal. Michęę.iij.d. Principes eius in muneribus iudicabāt : et ſacerdotes eius in mercede docebāt:⁊ pphetę eius in pecunia diuinabāt. k Et in pphetis hierl'm vidi ſimilitudinē : q2 ſimiles ſūt illis de decem tribub⁹. Vel/ Vidi ſimilitudinem: id ē hypocriſim in doctorib⁹ eccleſię:ſpeciē veritatis habētes ſed virtutē eius abnegātes. l Adulterantiū/ad lrām:vel verbi dei:qḋ docēt pter laudē/vel tēporalē mercedē:vel cui falſitatē admiſcēt.ij.Corī.ij.d. Nō ſumus ſicut plurimi adulterātes verbū dei. Hiero. Adulterinę cogitatiōis reus ē q̄ oculis ſponſę placere appetit/per quē ſpōſus ſponſę v̄ba traſmittit. m Et iter mēdacij.i.cultū idolatrię:qui mēdaciū eſt.i.falſus cult⁹:⁊ decipit acquieſcētes ei. Vel/ Iter mēdacij/eſt ſollicitudo tēporaliū:q̄ vana ſunt.

Pſ.4. Pſ. Vt qd diligitis vanitatē ⁊ q̄ritis mendaciū. Prouerb.xiiij.b. Eſt via q̄ vide

res ei⁹ q̄ſi gomorra. Gomorra interptat aſpera: q2 tales ſūt muti ī bono:⁊ aſpi ī malo/vl' nimiſ arguēdo ſ̄bditos. Michęę.vij.a.Qui optimus ē in eis q̄ſi paliurus:⁊ q̄ rectus q̄ſi ſpina de ſepe. Vl' ad lrām: multi p̄lati ſūt ſodomitę. Eſa.j.c.Audite p̄ncipes ſodomorū.Vel Sodoma ⁊ gomorra: i.ſine reſtauratiōe ſubuertent p pęnā / ſicut ille ciuitates. q Ecce ego cibabo eos abſinthio.i.amaritudīe tribulationū ⁊ afflictionum. Idē notatur: Et potabo eos felle. In cibo notat duratio pęnę:q2 in comeſtione fit maior mora q̄ in potu: In potu autē notat frequentia ⁊ multitudo pęnę: q2 frequēti⁹ bibit hō q̄ comedat.Et merito ſic fecit eis:q2 alios cibauerūt malo exēplo ⁊ potauerūt pverſa doctrina.Eſa.xxx.e.Dabit tibi dn̄s panē artum ⁊ aquā breuē. r A prophetis em̄ hierl'm:q̄ deberēt regere pplm ei⁹. s Egreſſa eſt pollutio ſup oēm terrā:q2 eorū exēplo et mala doctrina tota terra polluta ē.Et hoc p̄cipue intelligit de hereticis:q̄ quos ſermone decipe nō poterāt/pter abſentiā ſcripto decipiebāt. Vn̄ vtrobiq3 ⁊ ī p̄ſentia ſua ⁊ ī abſentia blaſphemias ⁊ pollutionē ſciētię dei ſeminabāt.Daniel'.xiij.a. Iniq̄tas egreſſa ē a babylōe a ſeniorib⁹ iudicib⁹ q̄ videbant regere pplm. t Nolite audire verba pphetarū ⁊c̄. Oſtēſa malicia ppharū/monet pplm ne eis acq̄eſcat. Vn̄ hic Glo. Non putet ſe ppls eſſe alienū a culpa/ſi pverſis acq̄eſcat doctoribus: Par em̄ erit pęna ⁊ magro ⁊ diſcipulo.Sed cōtra Greg⁹ ſup illḋ Luc.xij.f.Seruus ſciēs volūtatē dn̄i ſui ⁊ nō faciēs ⁊c̄.dic̄: Vbi maius donū ſciētię:ibi trāſgreſſor maiori ſubiacet culpę. Preterea.Eccs.j.d.Qui addit ſciētiā:addit ⁊ dolorē.Solō. Intellige par.i.cōmunis:Sic̄ ſup.j.Corī.xv. In diſpari† claritate par gaudiū.i.cōmune. v Viſione

Al. ī charitate

cordis ſui loquunt nō de ore dn̄i:q̄ſi nō loquit in eis: ſ3 tamē ea q̄ dicūt ex cordis ſui malicia fingūt. Ezech.xiij.a. Hęc dicit dn̄s:vę pphetis inſipiētib⁹ qui ſequunt ſpiritū ſuū ⁊ nihil vidēt. x Dicūt his q̄ blaſphemāt me.ſ.idolatris ⁊ pverſis hereticis. y Locutus eſt dn̄s.ſ.in nobis qḋ dicimus. z Pax erit vobis:q̄ſi nō timeatis cōminatiōes hieremię ⁊ aliorū. a Et omni q̄ ambulat in prauitate cordis ſui.ſ.coli idola:q2 reuera prauitas ē:licz hoc bonū dicerēt. Michęę.iij.d. Prophetę ei⁹ in pecunia diuinabāt/⁊ ſup dn̄m acq̄eſcebāt/dicētes: Nūqd nō dn̄s ē in medio nr̄m: Nūqd veniēt ſup nos mala? b Quis em̄ affuit ī cōſilio dn̄i:q.d.illi:quō ſcit hieremias q2 puniet dn̄s. Vl' q.d.hieremias:quō ſcitis q2 non puniet dn̄s. Eſa.xl.c. Quis

cõſiliariꝰ eius fuit: ⁊ oſtẽdit illi: Sic dicũt ſepe aliq̃ alijs intra/
reuolẽtibus religionẽ: in bono ſtatu eſtis/ nõ mutetis illũ: iſti
qui cõſulũt vos intrare religionẽ/ modo feruẽtes ſunt: vñ no/
lite eis credere: q̃d eñ ſciũt de cõſilio dñi ſup h. Jõ dr Eſa.
xxxiij.c. Populũ impudẽtẽ nõ videbis: Ubi eſt literatus: vbi
eſt legis verba ponde
rãs: q̃ſi tales q̃ nimis
cõſilio ſuo nitunt̃/ cõtẽ/
nentes dei cõſiliũ/ nõ
erũt i gl̃ia. a Quis
hoꝝ pſeudo/ cõſide/
rauit verbũ illiꝰ:
q̃ſi nolite eis credere:
quõ ſciũt ipſi conſilia
eiꝰ. Eccl̃s.iij.d. Quis
nouit ſi ſpiritus filioꝝ
adã aſcẽdat ſurſum/ ⁊
ſi ſpũs iumẽtoꝝ deſcẽ
dat deorſũ: q̃ſi diſpo/
R.14.c.J.27.c.ct.29.b. ſitiones dei et iudicia
nemo ſcire põt/ niſi ip/

⁊ vidit ⁊ audiuit ſmonẽ eiꝰ:
a Quis cõſiderauit verbũ illi
b uſ ⁊ audiuit: Eccẽ turbo do
c minicẽ indignatiõis egrẽdie
d e tur/ ⁊ tẽpẽſtas erumpẽs ſup
f caput impioꝝ veniet. Nõn
reuertet̃ furoꝛ dñi vſq; dum
faciat/ et vſq; dum compleat
g cogitatione cordis ſui. In
h i nouiſſimis diebus intelligẽ
k tis cõſiliũ eius. Nõ mittẽbã

ſo deo reuelãte q̃ in eis loquit̃. Uñ Geñ.xviij.c. Nũ potero
q̃cq̃ celare abraã: q: dñs erat amicꝰ abraã. Uñ ſolis illis re/
uelat: q̃ amici eiꝰ ſunt. Uñ Amos.iij.b. Nõ poterit dñs face/
re ſbũ niſi illõ reuelet ad ſuos ſuos pphas. b Ecce tur/
bo dñicẽ indignatiõis: Sentẽtia animaduerſionis eiꝰ p
captiuitatẽ/ cõtra hoc qd dixerãt pphetẽ falſi q̃ eſſet pax. c
Egredie̾t: q̃ modo eſt clauſa intra ſinũ miſcd̃iẽ ſuẽ/ qua vo
cat mõ ad pẽnitẽtiã. Eſa.xxvj.d. Ecce dñs egrediet̃ de loco
ſctõ ſuo/ vt viſitet iniq̃tates habitatoꝝ terrẽ contra eũ: ⁊ ter/
ra reuelabit ſanguinẽ ſuũ: ⁊ nõ operiet vltra īterfectores ſuoſ.
d Et tẽpeſtas erũpẽs: q: ī iudicio veniet dñs in tẽpeſtate
⁊ turbine cõtra malos. Naum.j.f. Dñs in tẽpeſtate ⁊ turbine
viẽ eius. Eſa.xxx.f. Ardẽs furoꝛ eius ⁊ grauis ad portandũ:
lingua eius q̃ſi ignis deuorãs: ſpũs eius velut torrens inun/
dãs vſq; ad mediũ colli ⁊c. e Sup caput ipioꝝ veniet.
Sup eñ impios fundabit̃ ira dñi q̃ mõ p bonos currit. Eſa.
xxx.g. A voce dñi pauebit aſſur virga pcuſſus: ⁊ erit trãſitus
virgẽ fundatus quã reqẽſcere faciet dñs ſup eũ. f Non re
uertet̃ furoꝛ dñi ⁊c.i. nõ placabit̃ ſic olim: ſed qd tã ſepe
cõminatꝰ eſt ope cõplebit. g Cogitatione cordis ſui.i.
ꝓuiſionẽ qua ꝓuidet ſe īpleturũ qd cõminatus ẽ. Eſa.xxviij
f. Iraſcit̃ dñs vt faciat opus ſuũ. Prouerb.vj.d. Zelus ⁊ fu
roꝛ viri nõ parcet in die vindictẽ ⁊c. Dicit̃ autẽ vindicta dñi
turbo: q: ſubito veniet tẽpeſtas q̃ faciet omnẽ fertilitatẽ vi/
tioꝝ cito trãſire. Uñ Prouerb.x.d. Quaſi tẽpeſtas trãſiẽs
nõ erit impius. Dicit̃ furoꝛ: q: tũc ad plenũ effundet̃ pẽna ſu
per eos/ q̃ irẽ dei ſtillationẽ hic recipe noluerũt. Ezech.xx.f.
In furore effuſo regnabo ſup vos. Uel e Sup caput ipi/
oꝝ.i. platos: q̃ ſũt caput alioꝝ. Threñ.j.b. Hoſtes eiꝰ ī ca/
Pš.7. pite. Pš. Conuertet̃ doloꝛ eius in caput eiꝰ: ⁊ in verticẽ ipſi
us iniq̃tas eius deſcẽdet. h In nouiſſimis diebꝰ.ſ.tẽ/
poꝛe extremo captiuitatiſ expleto: q̃ñ.ſ. dñs adimplebit qd cõ
minatꝰ eſt. i Intelligetis cõſiliũ eius: qd vos modo
intelligere creditis: ſed reuera nõ ītelligitis: ſed tũc pẽna ape
riet qd mõ culpa claudit. Job.xxj.c. Deus ſeruabit filijs eiꝰ
dolorẽ patris: ⁊ cũ reddiderit/ tũc ſciet: videbũt oculi eius in/
terfectionẽ ſuã/ ⁊ de furore omĩpotẽtis bibet. Tunc eñ vt dr
Sap.v.a. turbabunt̃ horribili timore: et prẽ anguſtia ſpũs
dicẽt intra ſe pẽnitẽtiã agẽtes: nos inſenſati/ vitã illoꝝ ẽſtima
bamus inſaniã: quõ ergo cõputati ſunt inter filios dei: ergo
errauimꝰ a via veritatis. De hoc Eſa.xxiiij.c. Secretũ meũ
mihi: ſecretũ meũ mihi. Sup primũ ſecretũ/ dicit Interliñ.
ẽ. Sup ſecũdũ dicit/ nõ: q̃ſi primũ opto: ſecũdũ nõ. Duo eñ
ſunt ſecreta dñi.ſ. ꝓmiũ bonoꝝ: pẽna maloꝝ. k Nõ mit/
tebam pphetas. Loquit̃ ppha in pſona dñi. l Et ipſi
Job.10.b. currebãt: ſua auctoritate: Et ideo quotquot venerũt fures
ſunt ⁊ latrones: q: intrabãt in ouile ouiũ nõ per oſtiũ. Ro.x.
c. Quõ ꝓdicabũt/ niſi mittant̃: m Non loq̃bar ad eos
⁊ ipſi pphetabãt.i. de corde ſuo/ nõ de oꝛe dñi. Nemo q̃

debet ꝓdicare niſi dñs loquat̃ in eo.ſ. per gratiã/ vel p reuela
tionẽ ſcripturarũ. Ezech.ij.d. Aperi os tuũ ⁊ comede volu/
men iſtud. Ibi Hiero. Niſi apertũ volumẽ comederimꝰ/ do/
cere filios iſrl̃ nõ poſſumus. Ibidẽ Gregꝰ. Poſt apertionẽ
oris comedimꝰ: q: auget̃ in nr̃is ſenſibus cibus vitẽ cũ cẽpe/
rimus ꝓdicare. Uñ:
Os meũ apui ⁊ attra Pš.118.
xi ſpũm. Prouer.xij.
b. De fructu oris ſui
vnuſq̃ſq; replebit̃ bo/ E
nis. Ezech.iij.d. Au/
dies ex ore meo ſbũ: Al. ⁊ aduertis
⁊ annũciab eis ex me.
Hiero. Ne pſumas
loqui qd nõ audieriſ.
Uñ Pš. Inclinabo i Pš.48.
parabolã aurẽ meam
aperiã in pſalterio ꝓ/
poſitionẽ meã. Gregꝰ
Quis vulnera cogita
tionũ occultiora eſſe

l pphetas: ⁊ ipſi currẽbãt: nõ
m loq̃bãr ad eos: et ipſi ppha/
n bant. Si ſtẽtiſſent in cõſilio
o meo ⁊ nõta feciſſẽt ſba mea
p pplo meo ⁊ aũertiſſẽ vtiq; eoſ
q r ã via ſua mala et ã peſſimis
s cogitationibꝰ ſuis. Pũtas
ne dñs e vicino ego ſum dic
dñs: ⁊ nõ deus de lõgẽ: Si
t occũltabit̃ vir ī abſconditis
⁊ ego ñ videbo eũ dic dñs.

neſciat corpoꝝ vulneribꝰ: ⁊ tñ ſepe q̃ ſpũalia ꝓcepta nequaq̃
cognouerũt/ cordis ſe medicos ꝓfiteri nõ metuũt: ideo plerũ
q; qui magiſteriũ ſpũale neſciũt/ nõnulla bono aĩo ꝓponunt:
et cũ hoc elationis intẽtiõe appetãt/ operaturos ſecũ magna
ꝯtractãt: nam ſepe de ſe mens ipſa mentit̃ ⁊ fingit ſe de bono
ope amare qd nõ amat/ de mũdi gl̃ia ſe nõ amare qd amat:
cunq; pcẽpti ꝓncipatus officio ꝓfrui ſeculariter cẽpit/ libẽter
obliuiſcit̃ qd añ aĩo ꝯtractauit. Ul/ k Nõ mittebã pro/
phetas.ſ. per memetipm eis ꝓcipiendo: vel per reuelationẽ
inſpirãdo hoc eis: vel per ꝓlatos eccleſiẽ qui q̃ſi perſonã dñi
accipiũt/ ī mittẽdo ꝓdicatores auctoritate ſua. n Si ſtetiſ/
ſent in cõſilio meo.ſ. meẽ acq̃eſcendo volũtati/ nõ ſolum
ꝓcẽptis obediẽdo/ ſed etiã cõſilijs. Illi eñ qui ꝓdicant debẽt
implere ꝓcẽpta ⁊ cõſilia dei. Uel/ Si ſtetiſſent in cõſilio
meo/ priꝰ tacẽdo donec eos mitterẽ. Ezech.iij.d. Manſi ibi
ſeptẽ diebus flens in medio eoꝝ: cum autẽ ꝯtranſiſſent ſeptẽ
dies: factũ eſt verbũ dñi ad me. Ibi Gregꝰ. Miſſus ad pdi/
candũ fuerat: et tamen ſedens ſeptẽ diebus mẽrens tacebat:
q: ille loq̃ veraciter nouit: q̃ tacere didicit. Uñ ſi ppheta ſan/
ctus qui miſſus eſt ad quẽdã/ tacuit vt recte loquat̃: cõtra cul/
calici. i. captiuationi eius. Unū. j. lj. a. Calix aureus babylon inebriās oēm trā. Sed nouiſſime poſt eos ſic potatos: bibet rex. ſ. babylōis. Seſach em̄ hebraice idē eſt qꝺ babylō. Cōſuetudo em̄ eſt apud hebręos ꝛ gręcos: vt cū aliqd volunt occulte dicere/ꝯuertūt ordinē litteraꝝ: vt ſi dicerē oma: ꝓ amo: ſic pro babel dicūt ſeſach. Cōſuetudo etiā ē apud eos ſicut ꝛ apud nos/ꝙ cū primo pueri addidicerint alphabetū ordine debito: poſtea vt melius illud ſciāt/ relegūt illud ordine retrogrado/ab vltima littera redeūdo vſqꝫ ad primā: ꝛ ordināt primā cum vltima: ſcðam cū penultima/ꝛ ſic deinceps. Eſt etiā apud eos conſuetū: vt cum aliqd occulte volūt dicere/ꝓ lrīs quas debēt ſcribere/illas ſcribūt quę cū ipſis cōbinant in cōuerſiōe retrograda. Beth ḡ ponūt ꝓ ſchin/ꝛ lameth ꝓ caph: vt in babel: ꝛ econuerſo/ſchin ꝓ beth/et caph ꝓ lameth: vt in ſeſach: qꝛ ī ordine retrogrado ꝑma tau: ſecūda ſchin. Caph aūt ē vndecima incipiētibꝰ a ꝑncipio: ſꝫ lameth vndecima icipiētibꝰ a fine ꝛc. ꝛ ſic de alijs. Jō aūt occulte hic ſic noiat babylonē/ne ꝯ ſe moueret inſaniā babylonioꝝ: qꝛ babylonij captiuabunt a medis. g Bibite ꝛ iebriamini ꝛ vomite ꝛ cadite ꝛ nolite ꝯſurgere. Cōtra: nōne Eſa. lj. f. Eleuare eleuare hierlm cōſurge: q̄ bibiſti de manu dn̄i calicē irę eiꝰ ꝛc. Sol. Hęc q̄ h̄ dicunt itelligunt poſt vltimā captiuitatē. ſ. romanoꝝ: poſt quā nō ſurrexerūt iudęi. Uel dic ꝙ h̄ loqꝛ de malis. ſ. de ſedechia ꝛ ſuis q̄ nūqꝫ cōſurrexerūt: ibi aūt de iechonia cū ſuis q̄ ſpōte trāſmigrauerūt/ ꝛ iō cōſurrexerūt. Sed ſolutio ꝑma melior ē: qꝛ ſeqtur ibi/in Eſa. Nō ē q̄ ſuſtētet eā ex oibꝰ filijs qs genuit: qꝺ verū ē de vltima captiuitate: ſed ī ꝑma ꝓphas habuerūt ī babylone q̄ eos ꝯſolarent: vt marie ezechielē. g Bibite ꝛ iebriamini ꝛ vomite ꝛ cadite: ꝛ nolite cōſurgere ꝛc. Ecce quō ꝑ pctm̄ cadūt in pęnam. Eſa. xxviij. c. Erit eis verbū dn̄i: manda/ remanda: expecta reexpecta: modicū ibi: modicū ibi: vt vadant ꝛ cadant retrorſum ꝛ conterent ꝛ illaqueent ꝛ capiant. m Cunqꝫ noluerint accipe calicē ꝛc. i. cōminatioibꝰ noluerit credere/dicētes: nō ita eueniet nobis ſicut tu cōminaris: n Bibētes bibetis: qſi velitis/nolitis: ſentētia dictę cōminatiōis cōplebitur in vobis. o Quia ecce in ciuitate in qua inuocatū ē nomē meū ꝛc. ſ. hierlm: qꝛ notus in iudęa: qſi boni iudei captiuati ſunt ꝛ ꝓphetę ꝛ illi q̄ ſe ſponte reddiderūt. p Nō eritis imunes/mali iudęi ꝛ alię gētes: qui nō habetis dn̄m niſi idola. q Gladiū em̄ ego voco ꝛc. Ecce expoſitio quā vocauerat. ſ. calicē.

Myſtice. Thren. j. d. O vos oēs qui trāſitis per viam/attēdite ꝛ videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Hunc calicem iubet ſumere ꝑdicator ꝛ cunctis gentibus propinare/vt bibant: qꝛ ꝑmo debet in ſe ꝑdicator aſſumere paſſionis imitationē: et poſtea eā

alijs ꝑdicare. Sed calicē dn̄i pauci volunt bibere/ac ſi lepro ſus eſſet/aut excōmunicatus. Eſa. liij. b. Uidimus eū quaſi leproſū: vnde nec reputauimus eū. Sed calicē mundi multi libēter bibūt. j. lj. a. Calix aureus babylon in manu dn̄i inebriās oēm trā. i. oēs terrenos: de vino eiꝰ biberūt oēs gētes

m Cūnqꝫ noluerint accipe cali
cem de manu tua vt bibant/
dices ad eos. Hęc dicit
n dominꝰ exercituū: Bibētēs
o bibetis: Quia ecce in ciuita
te in qua inuocatū eſt nomē
meū ego incipio affligere: et
vos qſi innocentes imunes
p eritis? Nō eritis imunes.
q Gladium em̄ ego voco ſup
oēs hitatoreſ terrę dicit dn̄s
exercituū. Et tu ꝓpheta b̄ ad
eos oīa v̄ba hęc/et dices ad
r illoſ: Dn̄s de excelſo rugiet

ꝛ cōmotę ſunt. Item calix dn̄i eſt triplex. ſ. Gaudiū ęternū: qui ē calix vini meri. Alius pęna ęterna: q̄ eſt calix plenꝰ fęcis: hūc bibēt oēſ pctōres terrę. Tertiꝰ eſt pęnitētia ꝑſentis vitę. Primus ꝛ tertiꝰ ſūt ī manu dn̄i. Unde. Calix in manu dn̄i vini meri plenus mixto: ꝛ inclinauit ex hoc in hoc. Primus ergo calix eſt vini meri. Secūdus fęcis purę et furoris dn̄i: de quo hic. Tertius vini mixti: qui cōuertet in merū. Unū Job. xvj. d. Triſticia vr̄a vertet ī gaudiū. g Bibite ꝛ inebriamini. Hoc dicit cōtra †potatores/Eſa. v. c. Uę q̄ ꝯſurgitiſ mane ad ſectandā ebrietatē ꝛ potandū vſqꝫ ad veſperū. Eſa. xxviij. b. Sacerdos ꝛ ꝓpheta neſcierūt prę ebrietate/abſorpti ſunt a vino/errauerūt ī ebrietate/ignorauerūt iudiciū: oēs mēſę repletę ſūt vomitu ſordiūqꝫ: ita vt nō eſſet locus vltra. Uł/ g Bibite/ꝑ pctī ꝑpetrationē. h Inebriamini/ꝑ eiꝰ repetitionem. i Uomite/ per eius manifeſtationē. k Cadite/ per deſperationē. l Nolite cōſurgere/per ꝓſumptionē. De ꝑmo Johel. j. b. Ululate ꝛ flete qui bibitis vinū in dulcedine. i. pctm̄ facitis ex libidine. De ſecūdo. ſ. ij. g. Q̄ vilis facta es nimis: iterās vias tuas. De tertio/Eſa. iij. b. Peccatū ſuū qſi ſodoma ꝑdicauerūt nec abſconderūt. De qrto/ Prouerb. xviij. a. Impius cū in ꝓfundū venerit pctōꝝ contēnit. De qnto. Eccī. v. b. Ne dicas: miſeratio dei magna ē: mltitudinis pctōꝝ meoꝝ miſerebit: Miſcðia em̄ ꝛ ira ab illo cito ꝓximāt: ꝛ in pctōres reſpicit ira illius. m Cūqꝫ noluerint accipere calicē ꝛc. i. ſi noluerint hic facere pęnitētiā: in futuro facięt/velint/noluit. o Quia ecce ī ciuitate ī q̄ inuocatū ē ꝛc. j. xlix. c. Ecce qbus nō erat iudiciū vt biberēt calicē/bibētes bibēt: ꝛ tu qſi inocēs relīqris? Nō eris inocēs: ſꝫ bibēs bibes. j. Pet. iiij. d. Si primū a nobis/qs finis illoꝝ q̄ nō credūt euāgelio? ſi iuſtus vix ſaluabit/impiꝰ ꝛ pctōr vbi parebūt? Luc. xxiij. e. Si ī viridi hęc faciūt: in arido qꝺ fiet? Eſa. xxxiiij. b. Qm̄ in cęlo inebriatus ē gladiꝰ meus: ecce ſup idumęā deſcēdet: ꝛ ſup populū interfectionis meę. Eſa. xxxij. c. Sup limē populi mei ſpinę ꝛ vepres aſcēdent: qnto magis ſup oēs domos gaudij ciuitatis exultantis. Job. ij. c. Saniē teſta radebat. Ibi Gregꝰ. Hic pēſent reprobi qnta pęna ſint puniēdi: quāta em̄ ſupplicia expectabit iniquus/cū ſic puniatur q̄ a iudice laudat. r Dominus de excelſo rugiet. Loquitur de deo per metaphorā leonis: qui quādo eſurit rugit: ꝛ tunc aīalia figūt greſſus ſuos: et leo tunc deuorat qꝺcunqꝫ voluerit: quia ſic dominus quoſcunqꝫ volet deſtruet: nec eſt qui ab eo poſſit aufugere/vel ei reſiſtere/vel quos deſtruit defendere.

Myſtice. r Dn̄s de excelſo rugiet ꝛc. Decor domini ſunt religioſi ꝛ clerici. Pſ. Dominꝰ regnauit decorem indutus ē ꝛc. Hi enim ſunt ꝓprię veſtis dn̄i. Prouerb. xxxj. d. Fortitudo et decor indumentū eius. Sed heu iam pro maxima parte egreſſus eſt a filia ſion oīs decor eiꝰ: vt dꝛ Thren. j. b. Eſa. xlix. e. Omībꝰ his velut ornamento indueris. Modo rugit dn̄s ſup iſtos vt ſuſcitet eos/ſicut leo catulos ſuos. Uocat em̄ ꝛ rogat ꝑ ꝑdicatores. Sed ī fine rugiet ſup eos/ſicut ferus. His em̄ duabus de cauſis rugit leo. r Dn̄s de excelſo rugiet: qꝛ paī oē iudiciū dedit filio q̄ iudicatꝰ hic fuit.

Et de habitaculo

Calix dn̄i triplex
† Pſ. 74.
Johel. 3. c.
Amos. 1. a.
Al. † peccatores
Myſtice
Pſ. 92.

a et dē habitaculo ſancto ſuo
b dabit vocē ſuā. Rugiēs ru/
d giet ſup decorē ſuū. Celeu/
e ma q̄ſi calcātiū ꝯcinet aduer
ſus om̄es habitatores terrę.
f Peruenit ſonitꝰ vſqꝫ ad ex
g trema terrę: qꝛ iudiciū dn̄o
h cū gentibꝰ. Iudicat ipſe cū
omni carne: impios tradidi
gladio dicit dn̄s. Hęc dicit
i dn̄s exercituū. Ecce afflictio
k egredietur de gēte in gentem:
l et turbo magnus egredietur a
m ſummitatibꝰ terrę: ⁊ erūnt in/
n terfecti dn̄i in die illa a ſūmo
terrę vſqꝫ ad ſummū eiꝰ. Nō
plāgent ⁊ nō colligent neqꝫ

G truit/ defendere. Amos. iij. b. Leo rugiet/ quis non timebit:
a Et de habitaculo ſancto ſuo: id eſt de cęlo chaldęi habebūt a dn̄o nō a ſe potētiā deſtruēdi iudęos ⁊ alias gētes: ſm̄ illō Ioh. xix. b. Nō haberes i me poteſtatē niſi tibi datū eſſet deſuꝑ. Per rugitū ḡ dn̄i ſignificat iudiciū furoris eiꝰ: qō rugiet ſuper ꝑdic/ tas gētes. b Dabit vocē ſuā: qꝛ hic fu/ ror ꝑdicatus/ cunctos terrebit audientes. c Rugiēs rugiet ſu per decorē ſuū. i. tēplū/ vel ſacerdotes: a q̄bus cultus dei qui eſt eius ornatus in tē/ plo celebrat. d Ce/ leuma q̄ſi calcan/ tiū concinet. ſ. a ba bylonijs vaſtantibuſ.

G

e Aduerſus oēs habitatores terrę. Mos erat i paleſtina ꝙ paterfamilias poſt ꝙ collegerat totā vin/ demiā in cellariū ſuū: familię ſuę et om̄ibus vindemiatoribꝰ facie/ bat magnū cōuiuiū: ⁊ poſt prandiū pro lęti/ cia de abundanti collectione fructuū cantabāt: ⁊ cantilenę illę dicebant celeuma. Unde. j. xlviij. e. Sup meſſem tuā ⁊ vinde miā tuā ꝑdo ruit: ablata ē lęticia ⁊ exultatio de carmelo ⁊ de tra moab: ⁊ vinū de torcularibꝰ ſuſtuli: nequaqꝫ calcator vuę ſolitū celeuma cātabit. Uult ḡ hic dicere ꝙ deſtructores iu/ dęorū prę gaudio cantabūt in ſanguinis iudęoꝝ ⁊ aliarū gen tiū deſtructarū effuſione: ſicut vindemiatores pro copioſi/ tate finita vindemia. Sic ⁊ nautę gaudent viſa terra vel por/ tu ad quē tēdūt. Et vocat celeuma canticū lugubre: qꝛ cāticū erat in deſtruētibus/ cū eſſet luctꝰ in deſtructis. f Perue/ nit ſonitus vſqꝫ ad extrema terrę. ſ. celeumatis: id eſt prēmiſſi carminis. g Quia iudiciū dn̄o cum genti/ bus/ deſtructiōis in ꝑſenti/ ⁊ damnatiōis in futuro. h Iu/ dicatur ipſe cum om̄i carne: id eſt iuſtus apparebit in punitione omnis carnis. ſ. quem puniet: quia nihil eis faciet niſi ſm̄ ꝙ meruerunt.

Myſtice ⁂ a Et de habitaculo ſancto ſuo: qꝛ ſancti qui hic fuerūt templū eius iudicabūt cū eo. Rugitus emiſſio/ erit illa vox:
Matth. 25. Ite maledicti ⁊c̄. Uocis datio/ erit illa: Uenite bn̄dicti ⁊c̄. De his duobꝰ Eſa. xxx. g. Auditā faciet dn̄s gloriā vocis ſuę: ⁊ terrorē brachij ſui oſtēdet in cōminatiōe furoris ⁊ flāmę ignis deuorātis. d Celeuma q̄ſi calcātiū ꝯcinet. Calcātes ſūt iuſti: q̄ mō ſic muſtū calcat: ſ i fine calcabūt hoſtes ſuos. Malach. vlt. a. Salietis ſicut vitulꝰ de armēto/ et calcabitis īpios cū fuerint cinis ſub plāta pedū veſtroꝝ. Celeuma aūt calcātiū qō ꝯcinet aduerſus oēs pctōres/ erit gaudiū qō ha/
Ps. 57. bebūt de iuſta dei ſentētia. Un̄ Ps̄. Lętabit iuſtꝰ cū viderit vindictā. Apoc. xiiij. d. Miſit angelus falcē ſuam: ⁊ vinde/ miauit vineā terrę/ ⁊ miſit in lacū irę dei magnū/ ⁊ calcatus ē lacꝰ extra ciuitatē/ Ecce calcatio. Et poſt ſeq̄t cāticū/ Apoc. xv. a. vbi dicit: Uidi ſtantes ſup mare vitreū habētes citha/ ras dei: ⁊ cantantes canticū moyſi ſerui dei/ ⁊ canticū agni di centes: magna ⁊ mirabilia ſunt opa tua dn̄e deꝰ omnipotēs: iuſtę ⁊ verę ſunt vię tuę dn̄e rex ſęculoꝝ. Eſa. xxiiij. c. Cū glo rificatus fuit dn̄s. ſ. de eis/ hinniēt de mari. i. de pęna maloꝝ gaudebūt.

Ad litteram i Ecce afflictio egredietur de gente/ chal dęorū. k In gentē/ iudęorum. l Et turbo magnꝰ egredietur a ſummitatibꝰ terrę. i. a babylonijs: q̄ ſunt q̄ſi in extrema parte mūdi ꝓpter eorū remotionē. Uel hoc dicit qꝛ oēs vndiqꝫ nationes a chaldęis deſtruent. m Et erunt interfecti domini ⁊c̄. id eſt interfecti imperio ⁊ voluntate

o ſepelient: in ſterquilinium
p ſup faciē terrę iacebūt. Ulu/
q
r late paſtores ⁊ clāmate ⁊ aſ/
s ꝑgite vos cinere optimātes
t gregis: quia cōpleti ſunt di/
v es veſtri vt interficiamini ēt
x diſſipatiōes veſtrę: ⁊ cadētis
y quaſi vaſa ꝑcioſa. Et peri/
z bit fuga a paſtoribꝰ ⁊ ſaluā/
tio ab optimatibus gregis.
a Uox clamoris paſtoꝝ ⁊ vlu/
b latus optimatū gregis: quia
c vaſtauit dn̄s paſcua eoꝝ: ēt
d cōticuerunt arua pacis a fa/
e cie irę furoris domini. Dere
liquit quaſi leo tabernacu/
lū ſuū: qꝛ facta eſt terra eoꝝ

dn̄i. n A ſummo terrę vſqꝫ ad ſummū eius: q̄ſi oēs per circuitū nationes deſtruent a babylonijs: ⁊ ipſi etiā a me dis ⁊ perſis. Simile. ī. xij. c. Gladiꝰ dn̄i deuorabit ab extre/ mo terrę vſqꝫ ad extremū eius. o In ſterquiliniū ſup fa/ ciē trę iacebūt. Simile. ī. viij. a. Nō colligent et nō ſepe/ lient: i ſterquiliniū ſu/ per faciem terrę erūt. ī. vij. g. Erit morticī/ nū ppl̄i huiꝰ i cibū vo lucribꝰ cęli ⁊ beſtijs ter rę. Ex h autē loco vbi dic: Afflictio egre/ dietur de gēte i gen/ tē/ ſumpſit dn̄s illud Matth. xxiiij. a. Cō/ ſurget gens aduerſus gentē/ et regnū aduer/ ſus regnū. p Ulula/ te paſtores: ſcꝫ vos ſcribę ⁊ phariſęi iudę/ oꝝ: vlulate/ ꝓ pec/ catis ꝓprijs ꝓ q̄bꝰ pu niemini. q Et cla/ mate/ ꝓ pctis ſubdi/ toꝝ: q̄s cuſtodire de/ bebatis. r Et aſꝑgi/ te vos cinere. i. hu/ militate. s Opti/ mates gregis. i. prin/ cipes ꝑpl̄i: ſic duces/ reges: q̄ſi magnū dolorē habebitis iterꝰ et exterius t Qꝛ cōpleti ſūt dies vr̄i. i. cōplebūt: vt ſu/ mat h cōpletio/ nō ꝯſummatiōis vel ipletiōis: quō impleti di cūt dies bonoꝝ: ſ terminatiōis ⁊ ꝯſumptiōis. Cōtra em̄ p̄mā
Ps. 54 cōpletionē dr̄ potiꝰ de malis: Uiri īpij nō dimidiabūt dies ſuos. v Et diſſipatiōes vrę. i. tēpus diſſipationis. x Et cadetis q̄ſi vaſa ꝑcioſa. i. irrecupabilit: qꝛ quāto ante digniores eratis ceteris gētibꝰ: tanto deſtructio vr̄a dānoſior erit ⁊ vilior. Oēs em̄ alię gētes q̄ſi viles erāt in cōparatione duaꝝ tribuū: q̄ habebāt cultū dei. y Et pibit fuga a pa/ ſtoribꝰ: q̄ſi nō poterūt fugere. z Et ſaluatio ab opti/ matibꝰ gregis. i. n̄ poterūt ſaluari ab ęgyptijs. Moralit.
Moralit dr̄ ꝑlatis. p Ululate paſtores: qō ē luporū: ipſi em̄ ſūt lupi: qꝛ rapaces. Etſi em̄ aliq̄ veniūt i veſtimētis ouiū: iterꝰ tn̄ ſūt lupi rapaces. Ezech. xxxiiij. a. Lac comedebatis ⁊ lanis opiebamini: qō craſſū erat occidebatis: gregē aūt meū n̄ paſce batis. r Et aſpergite vos cinere: qꝛ cinis ⁊ ciliciū arma ſunt penitētiū. Michęę. j. c. In domo pulueris puluere vos ꝯſpergite. x Et cadetis q̄ſi vaſa ꝑcioſa. Uas ꝑcioſū ⁊ carius emitur/ ⁊ diligētius cuſtodit: ⁊ in eiꝰ caſu maiꝰ dānū incurrit/ et difficiliꝰ reparat: ſic in caſu ꝑlati. Un̄ Eſa. xxij. g. In illa die auferet paxillus q̄ erat in loco fideli/ ⁊ franget/ et cadet ⁊ pibit qō pepēderat ex eo. i. aię ſubditoꝝ q̄ depēdēt ex ꝑlato. Un̄ Iudith. viij. c. Et nūc frēs qm̄ vos q̄ eſtis pb̄yteri i ꝑpl̄o dei/ ex vob pēdet aia illoꝝ: ad eloq̄ū vr̄m corda illoꝝ dirigite. Uas ꝑcioſum etiā ē q̄libet hō ſanguine chriſti redē/ ptus. j. Cor. vj. d. Empti eſtis ꝑcio magno. y Et pibit fuga ⁊c̄. In iudicio nullꝰ poterit fugere/ vl euadere/ vl late/ re a facie iudicis. Amos. ij. d. Peribit fuga a veloce ⁊ fortis nō obtinebit virtutē ſuā/ ⁊ robuſtus nō ſaluabit aiam ſuā: ⁊ arcū tenēs nō ſtabit/ ⁊ velox pedibꝰ ſuis nō ſaluabit: ⁊ aſcenſor eq̄ nō ſaluabit aiam ſuā. a Uox clamoris ⁊c̄. ſ. audiet ꝙ clamabūt ꝑ dolore. b Quia vaſtauit dn̄s paſcua eoꝝ. Seruat metaphorā paſtoꝝ. Un̄ ꝑ paſcua ſignificant oēs ci/ uitates ⁊ poſſeſſiōes eis ſubditę. c Et cōticuerūt arua pacis. i. ſterilia erūt tpe pacis ꝓpter ſui fructuoſitatē/ vel fru ctuū ſuoꝝ abūdātiā: q̄ſi loq̄bāt pacē/ ad ꝯcordiā hoies icita/ bāt ⁊ mutuū amorē. Alia lr̄a habet: Specioſa pacis. Tēpo/ re em̄ pacis arua ſpecioſa ſūt: qꝛ culta ⁊ arboribꝰ ⁊ ſiluis ⁊ fru ctibꝰ ornata. d A facie irę furoris dn̄i. i. a ꝑſentia exer/ citꝰ babylonici. e Dereliquit q̄ſi leo tabernaculū ſuū.

G Bene patet ꝙ dn̄s

Al. tumulum

B Bene patet ꝙ dñs iratus eſt: qꝛ / dereliq̄t ⁊c̄. Qñ leo eſt in aliq̄ fouea / tunc nullũ aliud aīal audet ibi intrare: ſic qñ in illa terra erat dñs. i. qñ illi boni erant ⁊ dei ſeruitio dediti / nullus īgrediebaꝛ terrā illoꝝ. ſ. ad vaſtandũ: ſed cũ dereliq̄unt terrā ſuā meritis ſuis exigētibus: vel cũ ab eis dñs receſſit / tunc ingreſſe ſunt alie gentes ad diſſipandā illā terram. Vñ dicit dñs. ſ. xij. b. Dimiſi domũ meā: dereliq̄ hereditatem meā. Et ideo ipſo deſerēte eā / ſtatim datur alijs gētibus: iuxͣ illᷓ Eſa. lvj. c. Omnes beſtie agri venite ad deuorandũ: vniuerſe beſtie ſaltus. Eſa. j. c. de hac deſertione dicit: Derelinqueꝛ filia ſion / ſicut vmbraculũ in vinea: ⁊ ſicut tugurium in cucumerario: ſicut ciuitas q̄ vaſtaꝛ. a In deſolationē: ſ. p̄dictis beſtijs cuncta vaſtātib⁹.

a in deſolationē ā facie ire co-
b
c lũbe: ⁊ ā facie ire furoris dñi.
d I N p̄nci- Ca. XXVI.
pio regni ioachim filij
ioſie regis iuda / factũ
d ē verbũ iſtud a dño / dicēns:
e Hec dicit dñs. Stā in atrio
f dom⁹ dñi: ēt loq̄ris ad oēs ci
uitates iuda / de q̄bus veniũt
vt adorēt in domo dñi / vni-
uerſos ſmões q̄s ego māda
g ui tibi vt loq̄ris ad eos. Nō-
h li ſubtrahere v̄bũ: ſi forte au
diāt ⁊ conuertaꝛ vnuſq̄ſq꜄ a

b A facie ire colũbe. Sicut in his regionibus hirundines ad calidas regiones deuolāt / ⁊ in eſtate redeunt: ⁊ ſicut colũbe a paleſtina verſus aquilonē trāſuolāt in eſtate / ⁊ in hyeme in paleſtinā redeũt: Sic nabuchodonoſoꝛ ab aq̄lone venit ī paleſtinā / vt in ea faceret hyemē captiuitatis: et ideo dicit colũba. Vel ſicut colũba nō habet poteſtatē nocēdi alijs auibus: ſic nabuchodonoſoꝛ a ſe nō habuit poteſtatē nocēdi iudeis. Itē in paleſtina in domib⁹ nobiliũ nutriunꝛ columbe: qñ aũt debēt longius recedere / ⁊ ſi forte nō poſſũt ꝓpter aliq̄d īpedimētũ ad ſuas ciuitates reuerti illi nobiles vel nũcios mittere: ligāt lr̄as collo colũbe: q̄ dimiſſa redit ad locũ vbi nutrita fuerat: ⁊ ſic dñi ſui neſciēs fecit mādatũ: Sic nabuchodonoſoꝛ q̄ſi neſcius fecit īperiũ dñi. Vel ideo forte: qꝛ in vexillis nabuchodonoſoꝛ ⁊ exercitus eius erat ſignũ columbe depictũ. Vel p antiphraſim: qꝛ crudelis erat: vt. ſ. vj. f. Crudelis ē ⁊ nō miſerebiꝛ. Colũba aũt māſuetiſſima eſt: iō felle caret. Sic ⁊ luc⁹ dꝛ nem⁹ p antiphraſim. Vꝉ A facie ire colũbe. Greg⁹ in moralib⁹. Vt vim diuine diſtrictionis inꝑturbabilē demōſtraret: ⁊ irā dixit ⁊ colũbe: qꝛ nō niſi māſuetus punit. Iō dꝛ Sap. xij. c. Cũ trāq̄llitate oīa iudicat: etiā ī inferno: qꝛ citra meritum puniet. c Et a facie ire furoris domini: id eſt a preſentia. Expo. Ca. XXVI.

I N p̄ncipio regni ioachim ⁊c̄. In p̄cedenti capitulo ꝓphetauit cōtra oēs gentes vniuerſaliter: In hoc aũt ſpecialiter ꝓphetat ꝯtra iudeos / q̄s p chaldeos deſtruēdos cōminaꝛ. Fuit aũt hec viſio prioꝛ p̄cedente: qꝛ illa facta fuit in q̄rto anno ioachim regis iuda: hec autem fuit facta in p̄mo anno eiuſdē. Et diuidiꝛ hoc capl̄m in q̄nq꜄ partes. Primo p̄cipit dñs ꝓphete: vt ſtet in domo dñi ꝓphetās ꝑl̄m ⁊ ciuitatē et templũ / ſicut ſilo a gētibus eſſe deſtruendũ. Secũdo capiꝛ ꝓpheta a pſeudo ꝓphetis ⁊ ſacerdotib⁹ iratis eo ꝙ p̄diceret religionē eoꝝ deſtruēdā: ibi: Et audierunt ſacerdotes. Tertio ſacerdotib⁹ ⁊ pſeudo ꝓphetis accuſantibus hieremiā ad p̄ncipes / reddidit hieremias rationē ꝓ ſe ad p̄ncipes ⁊ ad totũ populũ / dicēs ſe nunciare a dño ea que dicebat: ibi: Et ait hieremias. Quarto principes et omnis populus audita ratiōe hieremie / dixerũt ad ſacerdotes ⁊ ꝓphetas qui hieremiā accuſabāt / ipm̄ hieremiā nō eſſe dignũ morte: exemplo michee oſtendētes / qui eadē p̄dicauit tempoꝛe ezechie: nec aliquid mali habuit propter hoc: ſed potius penituit ꝑl̄s: ⁊ dñs ꝓpitiat⁹ ē illis: ibi: Et dixerũt p̄ncipes. Quinto aliud exēplũ ponũt de vria ꝓpheta quē occidit ioachim de egypto: qꝛ ꝓphetauerat ꝯ ciuitatē: in q̄ reprehēſibilis māifeſte fuit: ſic ⁊ mō ſi hieremiā occiderēt: ibi: Fuit q̄ꝫ vir ⁊c̄. Dic q̄. d In p̄ncipio ⁊c̄. dicēs / ad hieremiā. e Sta ī atrio dom⁹ dñi. Ad litterā vt mel⁹ audiaris. f Et loqueris ad omnes ciuitates iuda. i. ad viros omniũ ciuitatũ iude. Vel myſtice. e Sta in atrio: id eſt in latitudine charitatis: vt ſe etiā ad inimicos extendat. Vnde Luc. x. a. Miſit illos binos ante faciē ſuā. Nemo predicationis officium ſuſcipere debet: qui erga alium charitatem non habet. Pſ. Stantes erant pedes noſtri ī atrijs tuis hieruſalem. Vel / Sta per vite et doctrine eminentiam. Sta. Nota ſtando p̄dicandum eſt laicis: ſedendo autem religioſis. Vñ dominus ſedēdo diſcipulis predicauit: Matth. v. a. Stando aũt turbis: Luc. vj. c. Illi enī ad laborē: iſti ad quietē exhortandi ſunt. g Nolite ſubtrahere verbũ: licꝫ triſte ſit eis: et licet ꝓpter hoc cōtra te ſeuiant: q̄ſi totũ dic ⁊ veritatē nō abſcōde. Vñ Prouerb. xj. d. Qui abſcōdit frumēta malediceꝛ ī pp̄lis. Quia Ezech. iij. c. Si dicēte me ad impium / morte morieris: nō annũciaueris ei: nec꜄ locut⁹ fueris vt auertaꝛ a via ſua impia et viuat: ipſe impi⁹ in iniq̄tate ſua morieꝛ: ſanguinē aũt ei⁹ de manu tua requirā. Greg⁹. Magnũ diſcrimē eſt / dei tacere ſermones / vel pigritia / vel adulatione. Ier. xlviij. b. Maledictus q̄ ꝓhibet gladiũ ſuũ a ſanguine. Greg⁹. Gladiũ a ſanguine ꝓhibere / eſt p̄dicationis verbũ a carnalis vite īterfectiōe retinere. Vñ Deuꝛ. xxxij. f. Gladi⁹ meus deuorabit carnes. De q̄ Eph. vj. c. Et gladiũ ſpiritus q̄d ē verbũ dei. Iō dicit paulus Actꝰ. xx. f. Cōteſtoꝛ vos hodierna die: qꝛ mũdus ſum a ſanguine oīm: nō enī ſubterfugi q̄ minus enunciarē omne cōſiliũ dei vobis. Et poſt parũ. Vigilate / memoria retinētes: qm̄ per trienniũ nō ceſſaui nocte ⁊ die cũ lachrymis monēs vnũquēq꜄ veſtꝝ. Iō. ſ. j. b. Ad oīa ad que mittā te ibis: ⁊ oīa q̄ mandauero tibi loq̄ris: q̄ſi nihil ſubtrahas. Sic ⁊ dixit micheas. iij. Regꝰ. vlꝰ. c. Viuit dñs: qꝛ quecunq꜄ dixerit mihi dñs hec loq̄r. h Si forte audiāt ⁊ cōuertaꝛ ⁊c̄. i. exaudiant. Li / forte / nō ē dubitatiuũ: ſed eſt nota euētus ⁊ libertatꝭ arbitrij. Ezech. iij. c. Vade ad trāſmigrationē ad filios ꝑl̄i mei: ⁊ loq̄ris ad eos / ſi forte audiāt ⁊ quieſcāt. i Et peniteat me mali ⁊c̄. i. faciā q̄d penitēs ſolet facere. ſ. mutādo ſententiā. ſ. xviij. b. Si penitētiā egerit gens iſta a malo q̄d locut⁹ ſum aduerſus eā / agam ⁊ ego penitētiā ſup malo q̄d cogitaui vt facerē ei. k Propter maliciā ſtudioꝝ coꝝ: q̄ ſi mutauerint / mutabo ⁊ ego ſententiā quā aduerſus eos cōminat⁹ ſum. Quo facto in veritate nihil mutaꝛ ex parte dñi: qꝛ nō cōminaꝛ ſentētiā niſi ſub cōditione hac. ſ. ſi nō penituerint. l Si nō audieritis me / cordis attentiōe ⁊ humilitatis obediētia. m Et ambuletis in lege mea ⁊c̄. operādo bene ſm̄ legis inſtructionē: q̄ſi in poteſtate vr̄a eſt facere bñ vel male. Et ideo ad innuendũ hac libertatē dixit: n De nocte conſurgens. ſ. in ꝓphetis. Vñ. ſ. xxv. a. Miſit ad vos oēs ſeruos ſuos ꝓphetas: quos dñs cōpellebat ſurgere de nocte: vt ſic in mane venirēt ad templum dum eſſet ibi ꝑl̄s: In lōginq̄s enī ⁊ remotis locis erāt ꝓphete. Vnde ſpaciũ tēpoꝛis lapſum erat: qñ arripiebāt iter tre hierl̄m: anteq꜄ ibi eſſent. ſ. in hierl̄m in tēplo. o Et dirigens et nō audiſtis. ſ. nũcios meos ad vos. i. ꝓphetas. p Dabo domũ iſtā. i. templũ. q Sicut ſilo: vbi fuit tabernaculũ: vt dꝛ. j. Regꝰ. iiij. d. id eſt ſicut ille loc⁹ deſertus ē ⁊ tabernaculũ inde ſublatũ: vt diciꝛ. ij. Regꝰ. xxiiij. d. Conſtructo enī tēplo in area hiebuſei / ceſſauit religio ſilo: nec poſt celebrata ſunt ibi ſacrificia. r Et vrbem hanc dabo in maledictionē cũctis gentib⁹ terre: poſt templi deſtructionē. Myſtice. q Silo / interp̄taꝛ auulſio: vel vbi eſt

i via ſua mala: ⁊ peniteāt me
mali q̄d cogitaui facere eis /
k ꝓptēr maliciā ſtudioꝝ coꝝ.
Et dices ad eos. Hec dicit
l domin⁹: Si nōn audieritis
m meut āmbuletis in lege mea
quā dedi vobis vt audiatis
ſermones ſeruoꝝ meoꝝ pro
phetarum quos ego miſi ad
n
o vos dē nocte conſurgens ēt
p dirigēs / ⁊ nō audiſtis: dabō
q
r domũ iſtam ſicūt ſilo: ēt vrbē hanc dabo in maledictio
nem cunctis gentibus terre.

† Pſ. 121.

B

¶ ipſa: ꝛ ſignificat eccleſiã / q̃ olim fuit habitaculũ dñi: ſed nunc
auulſa eſt ꝑ magna pte a deo. Uñ recte q̃rit: vbi ē ipſa. Gen.
iij. b. Adam vbi es? Adã interp̃tat terrenus: q2 eccl̃ia mõ nõ
vacat niſi terrenis: ꝛ ideo data eſt in maledictionẽ / ꝛ deriſio/
nẽ cũctis gẽtibus. Simile. ƺ. vij. c. Quia locut⁹ ſum ad vos ꝛ
nõ audiſtis / vocaui ꝛ
nõ r̃ndiſtis: faciam do
mui huic in q̃ inuoca/
tũ eſt nomen meũ: ſic
feci ſilo: ꝛ ꝓiciã vos
Allegorice a facie mea. Uel alle/
gorice / in hoc ſignifi/
cat q̄ inſtituta eccle/
ſia ꝛ ſpũalibus ſacriſi/
cijs: ceſſauerũt cultus
cerimonialium: et da/
ti ſunt in maledictionẽ
C oẽs iudei qui ſub lege
poſt euãgeliũ ſe ſubiu
gauerũt: A qua male/
dictione nos liberauit
chriſt⁹ factus ꝑ nobis
maledictũ: vt dꝛ Gal.
iij. b. a ¶ Et audie/
rũt ſacerdotes ꝛ ꝓ
phete ꝛc̃. q2 eũ ob/
ſeruabant: ſicut multi
obſuãt p̃dicatores vt
eis detrahãt. Uñ Luc.
xiiij. a. Cũ intraſſet ie
ſus in domũ cuiuſdã
p̃ncipis phariſeorum
Ac. xxi. vniuerſũ ſabbato vt mãducaret
B panẽ: ꝛ ipſi obſuabãt
eũ. Joh. xv. c. Si ſer/
monẽ meũ ſuauerũt:
id ē obſeruauerũt. b
¶ Cũq3 cõpleſſet hie
remias. Oſti obſer
uatores mõ nõ expectãt q̄ cõpleat ſmo p̃dicãt / q̃n eis diſpli
cet: imo aliq̃ ſonat cãpanas: vl̃ hmõi alia faciũt vt dimittat ſmo.
Act. xxi. e. Illi q̃ de aſia erãt iudei cũ vidiſſẽt paulũ in tẽplo
ↄcitauerũt oẽm p̄pl̃m: ꝛ iiecẽrũt ei man⁹ / clamãtes: viri iſraeli/
te / adiuuate: hic eſt hõ qui aduerſus p̄pl̃m ꝛ legẽ ꝛ locũ omẽs
vbiq3 docẽs: ꝛ gẽtiles induxit i templũ: ꝛ violauit iſtũ ſanctũ
locũ. c ¶ Apprehẽderũt eũ ſacerdotes ꝛ ꝓphete:
pſeudo: qui ↄtraria p̃dicationi hieremie p̃dicabãt. Auari eñi
erãt ꝛ nõ poterãt ſuſtinere tẽpli deſolationẽ quã hieremias fu
turã p̃dicabat. d ¶ Morte moriat: q2 maiores cõcitabãt
minores cõtra ꝓphetã: ſic ƺ dñm in paſſione. Uñ Amos. v.
c. Odio habuerũt corripiẽtẽ in porta: ꝛ loquẽtẽ ꝑfecte abomi/
nati ſunt. e ¶ Sicut ſilo erit ꝛc̃. q2 maximũ exceſſũ dixit
ꝛ vituperiũ: magis tñ dolebãt de tpaliũ amiſſione. ſ. oblatio/
nũ quas recipiebãt in tẽplo a p̄pl̃o: q̃3 de ſpiritualiũ damnifi/
catiõe. f ¶ Et cõgregat⁹ eſt ois ppl̃s aduerſus hie/
remiã. Ecce ↄcurrit p̄pl̃s audire vl̃ videre iuſti cõdẽnationẽ:
Sic Daniel. xiij. d. cõcurrebãt oẽs ad cõdemnationẽ ſuſan/
ne. g ¶ In domo dñi: q2 ibi erat hieremias. h ¶ Et au/
dierũt p̃ncipes iuda ꝛc̃. de domo regis: q̃ erat ꝓpe
tẽplũ. i ¶ Et aſcẽderũt: q2 i altiori loco erat tẽplũ q̃3 dom⁹
regia. k ¶ Et ſederũt i introitu porte dom⁹ dñi no/
ue. Forte tũc facta erat ibi dom⁹ noua: i cui⁹ porticu audie/
bant cauſe. Uel dꝛ noua / ad innuendũ q̄ nouitati. i. bono opi
ibi intẽdebãt. ſ. iudicijs ꝛ cauſis diſcernẽdis ad faciendũ iuſti
ciã / impios cõdẽnando ꝛ iuſtos approbãdo. In hoc aũt q̄ di
cit / ſederũt: innuit: q̄ ſedendo debẽt audiri cauſe et iudicia
dari ꝛ in loco publico. Uñ Deut. xviij. d. Judices ꝛ magros
cõſtitues in oibus portis tuis / q̃s dñs deus tuus dederit ti/
bi ꝑ ſingulas tribus tuas: vt iudicẽt p̄pl̃m iuſto iudicio: nec in
alterã partẽ declinẽt. l ¶ Judiciũ mortꝭ ē viro huic ꝛc̃.
Simile de paulo / Act. xxij. e. Leuauerũt vocẽ ſuã dicentes:

a Et audierunt ſacerdotes et
ꝓphete ꝛ ois ppl̃s hieremiã
loquẽtẽ verba hec in domo
b dñi. Cũq3 cõpleſſet hiere/
mias loquẽs oia que p̃cepe
rat ei dñs vt loq̃ret ad vni/
c uerſum ppl̃m / apphenderũt
eum ſacerdotes ꝛ ꝓphete et
d ois ppl̃s dicẽs: Morte mo/
riat. Quare ꝓphetauit i no
e mine dñi dicẽs: ſicut ſilo erit
dom⁹ hec / ꝛ vrbs iſta deſola
bitur eo q̄ nõ ſit habitator?
f Et cõgregatus eſt ois ppl̃s
g aduerſus hieremiã in domo
h dñi. Et audierũt p̃ncipes iu
i da verba hec: et aſcẽderũt
de domo regis i domũ dñi:
k ꝛ ſederũt in itroitu porte do/
mus dñi noue. Et locuti ſũt
ſacerdotes ꝛ ꝓphete ad p̃n/
cipes ꝛ ad oẽm ppl̃m / dicẽ/
l tes: Judiciũ mortis eſt viro
huic: q2 ꝓphetauit aduerſũ
ciuitatẽ iſtã / ſicut audiſtꝭ au/
ribus veſtris. Et ait hieremi
as ad oẽs p̃ncipes ꝛ ad vni
uerſum ppl̃m dicẽs: Dñs mi
m ſit mẽ vt ꝓphetarẽ ad domũ
iſtã ꝛ ad ciuitatẽ hãc oia v̄ba
n q̃ audiſtis. Nũc ergo bonas
facite vias v̄ras / ꝛ ſtudia ve
o ſtra / ꝛ audite vocem dñi dei
veſtri / ꝛ penitebit dñm mali
qd̃ locut⁹ eſt aduerſum vos.
p Ego autẽ ecce in manib⁹ ve
ſtris ſum / facite mihi qd̃ bo/
num ꝛ rectũ eſt in oculis ve/
q ſtris. Uerũtamen ſcitote et
cognoſcite q̄ ſi occideritis
r me / ſanguinẽ innocentẽ tra/
detis ↄtra voſmetipſos ꝛ cõ
tra ciuitatẽ iſtam ꝛ habitato
s res eius. In veritate eñi mi/
ſit me dñs ad vos vt loque/
rer in auribus v̄ris oia v̄ba
hec. Et dixerũt principes et
oĩs ppl̃s ad ſacerdotes et
t ꝓphetas: Nõ eſt viro huic
iudiciũ mortis / q2 i noĩe dñi
v dei n̄ri locut⁹ ē ad nos. Sur
rexerũt ergo viri de ſeniorib⁹ tre

tolle de t̃ra hmõi hoĩem: n̄ eñi fas ē eũ viuere. Similꝭ etiã ac/
cuſationẽ quã iſti fecerũt apud p̃ncipes aduerſ⁹ hieremiã / fe/
cerũt iudei paulo / Act⁹. xxi. f. Uñ dꝛ ibi: q̄ cũ eſſet tota ciui/
tas cõmota aduerſus eũ / ꝛ q̃rerẽt eũ occidere / nũciauerũt tribu
no dicẽtes / q̄ i eũ ↄfũdit tota hierl̃m: q̃ ſtatĩ aſſũptis militib⁹
decurrit ad illos: ꝛ iuſ/
ſit catenis illũ alliga/
ri. Scdm aũt Hiero.
cũ iſte accuſaret apd̃
p̃ncipes a ſacerdotib⁹
et ꝓphetis: patet q̄ ſi
illi habuiſſent poteſta 8. 7. a.
tẽ ↄdẽnãdi / ↄdẽnaſſẽt.
Unde ipſi crudeliores
fuerũt: qui tñ religioſi
dediti erãt q̃3 q̃ neceſſi
tatib⁹ ſecularib⁹ p̃erãt:
q2 peiores ſunt clerici
q̃3 laici. Et nota q̄ iſti
p̃ncipes nõ ſtatim ac/
q̃euerunt accuſantib⁹
hieremiã / licet accuſa/
tores illi ꝛ ſacerdotes E
eſſent ꝛ multi: qd̃ ē cõ
tra quoſdã magnos q̃
nimis cito credũt qui/
buſlibet i accuſatione
viri: Cõtra Job. xxix
c. Cauſã quã neſciebã
diligẽtiſſime iueſtiga/
bam. Eccl̃i. xix. a. Qui
credit cito leuis eſt cor
de. m Dñs miſit me
ꝛc̃. Hic ꝓbã illis eũ
accuſãtib⁹ ad p̃ncipes
ꝛ p̄pl̃m loq̃t que illi cõ
citauerũt: Et h̃ prudẽ
ter / hũiliter / ꝛ ↄſtãter.
Prudẽter cũ dic. n
¶ Nũc ẽ bõas facite vias v̄ras / ꝛ ſtudia v̄ra. i. ſtudete bñ
agere ꝛ abſtinere a malis p̃teritꝭ. o ¶ Et audite vocẽ dñi
dei v̄ri ꝛc̃. In datiõe eñi tam ſalubris ↄſilij apparet miſſiõis
ſue prudẽtia. Eccl̃i. xx. b. Sapiẽs in v̄bis ſeipm amabilẽ facit.
Ibidẽ. d. Sapiẽs i v̄bis ꝓducit ſeipm: ꝛ hõ prudẽs placebit
magnatis. Humilit cũ dicit: p ¶ Ego aũt ecce i manib⁹
v̄ris ſum ꝛc̃. Eccl̃i. iiij. a. Corã magnato hũilia caput tuũ.
Prouerb. xv. a. Reſpõſio mollis frangit irã. Eccl̃i. vj. a. Uer
bũ dulce multiplicat amicos: ꝛ mitigat inimicos: ꝛ lingua eu/
charis in bono hoĩe abũdabit. Utinã ſacerdotes q̃ cũ ↄſciẽn
tia pcti mortalis celebrãt / vni⁹ v̄bi eſſent memores: q2 dicit
eis chriſt⁹: In manib⁹ v̄ris ſum ꝛc̃. q ¶ Uerũtñ ſcito/
te ꝛ cognoſcite / q̄ ſi occideretis me ꝛc̃. Indigne eñi
ſumẽtes ꝛ p̃cipue celebrãtes / q̃tũ in ipſis ē ipm occidunt. i.
Cor. xi. f. Quicũq3 mãducauerit panẽ ꝛ biberit calicẽ dñi in
digne ꝛc̃. r ¶ Sãguinẽ inocẽtẽ tradetꝭ ꝛc̃. i. ſãguinẽ mei
innocẽtis. Cõſtãter cũ dic: s ¶ In veritate eñi miſit me
dñs ꝛc̃. q̃ſi ex quo dñs ita p̃cipit: nõ poſſũ nõ dicere q̃ p̃ce/
pit. Act. iiij. d. dixerũt petr⁹ ꝛ iohãnes: Si iuſtũ ē in cõſpe/
ctu dei vos poti⁹ audire q̃3 deũ / iudicate: nõ eñi poſſumus q̃
vidim⁹ ꝛ audiuim⁹ nõ loq̃. t ¶ Nõ eſt viro huic iudiciũ
mortꝭ ꝛc̃. q̃ſi oportebat eũ dicere qd̃ dñs ei p̃cepat. Ita iu/
ſte iudicãtes faciũt qd̃ dꝛ eis Prouerb. xxiiij. b. Erue eos q̃
ducunt ad mortẽ: ꝛ q̃ trahunt ad interitũ liberare nõ ceſſes.
Eccl̃i. iiij. b. Libera eũ qui iniuriã patit de manu ſupbi: ꝛ nõ
acide feras in manu tua: In iudicãdo eſto pupillis miſericors
vt pater ꝛ ꝓ viro matri illorũ: et eris tu velut filius altiſſimi.
Sic moyſes liberauit hebreũ de manu egyptij: Exo. ij. b. q̃n
vidit egyptiũ percutere hebreum. Job. xxix. c. Conterebã
molas iniqui: ꝛ de dentib⁹ illius auferebã p̃dã. Ibidẽ. Be/
nedictio perituri ſup me veniebat. v ¶ Surrexerũt ergo
viri de ſenioribus terre: quoꝝ ē noſſe antiq̃ geſta / ꝛ eorũ
¶ rationes explicare

rationes explicare. a Et dixerūt ad oēm cetū ppl'i lo‑
quētes: nō ad ſacerdotes vel ꝓphas: ne erubeſcerēt ꝛ obſti‑
natiores fierēt ſi ad illos loq̄rēt. Multū enī illoꝝ dolor aug‑
mentatus erat ꝓ reſpōſione ꝑncipū. b Micheas: qui eſt
vnus de duodecim prophetis. c De moraſthin. No‑
mē ē vici. Et oſtēdit ꝑ
hunc hieremiā nō eſſe
occidendū: q2 iſte gra
uiora dixit: ꝛ tñ rex iu
F ſtus nō occidit eū. d
In dieb9 ezechie
regis iuda: vt Mi
cheē .j. e Sion
Mich.3.d. quaſi ager arabi‑
tur. Michee.iij.d. g
Nunq̄d morte cō
Al. nō bo9 tōñi dēnauit eū ezechi‑
as rex iude: q̄ bon9
ꝛ iuſtus fuit: h Et
oīs iuda: q̄ſi nō. i
Nūq̄d nō timuerīt
dñz .ſ. audita cōmina
tiōe dñi: q.d. ſic. Ita
ꝛ vos facere deberis.
k Et depcati ſūt
faciē dñi. Ecce ꝙ timor dñi facit orare et veniā impetrare.
Vñ Eccl.ij.d. Qui timēt dñm ꝑparabūt corda ſua: ꝛ in ꝯſpe
ctu ill9 ſanctificabūt aīas ſuas. Qui timēt dñm cuſtodiūt mā
data illius/ ꝛ patiētiā habebūt vſq3 ad inſpectionē illius/ dicē‑
tes: ſi pēnitentiā nō egerim9 incidem9 in manus dñi. l Et
penituit dominū ꝛc̄. i. ad modū pēnitētis ſe habuit: quia
mutauit ſentētiā. m Itaq3 nos facim9. Ecce ꝙ ſe annu‑
merāt cū eis: vt magis illoꝝ furorē mitigent ꝛ petm̄ non ppe‑
tret. Sic et Judith.viij.b. ſe annumerat cū ſacerdotib9 vt de
pctō ꝑpetrato pēniteāt: dicēs ꝙ patiens eſt dñs: in hoc ipſo
pēniteamus: et indulgētiā eius cū lachrymis poſtulem9: non
enī q̄ſi hō ſic deus cōminabit: neq3 ſicut filij hoim ad iracun‑
diā inflāmabit: et ideo humiliem9 ei aīas nr̄as. n Malū
grāde cōtra aīas nr̄as: occidēdo hieremiā: ſed ꝛ magis
pēniteam9 vt dñs mutet ſentētiā: cū tñ eā ꝓtulit nō ignorās
euētū finis: vt dic̄ Hiero. Immo ſicut hec dictio /forte/ no‑
ta ē liberi arbitrij: ſic ꝛ hec dictio /pēnitere/ dicta de deo nō
in eo aliquā mutationē dicit: ſed in nobis libertatē arbitrij: q2
vt dicit Origenes/ in his liberū arbitriū notat/ ne ex p̄ſciētia
dei q̄ſi facere q̄d vl' nihil facere neceſſitate cogamur .i. cogi vi
deamur. Nō enī q2 de9 ſcit futuꝝ aliq̄d: iō futuꝝ ē: ſ3 q2 futuꝝ
ē de9 nouit. Sed ꝯ. Aug9. in li.xv. de trinitate.ca.xiij. Uni‑
uerſas creaturas ꝛ corꝑales ꝛ ſp̄ūales/ non q2 ſunt iō nouit ſ3
iō ſūt q2 nouit. Et alibi. Oīa q̄ creata ſūt/ nō iō ſciūt a deo q2
facta ſūt: ſ3 poti9 iō facta ſūt: q2 imutabilit̄ ab eo ſciunt. Pre‑
terea ſic creatū eſſet cauſa eſſentie dei /cū ei9 noticia ſit ei9 eſ‑
ſentia. Solo. Li/ q2/ notat cauſā q̄ſi materialē: q2 res ſunt q̄ſi
materia ſciētie dei .ſ. de q̄ eſt ſciētia dei: Scḋm Aug'. aūt di‑
centē res iō eſſe q2 de9 nouit: li/ q2/ notat cauſā q̄ſi formalē vel
exēplarē. Sciētia enī artificis ē cauſa q̄ſi formalis vl' exēplar
ei9: q2 ſ3m illā ſcientiā facit. Alij dicūt ꝙ li/ q2/ notat ꝙ ad ex‑
iſtētiā antecedētis ſequat neceſſitas ꝯſeq̄ntis/ ſic ſi res future
ſūt/ neceſſe ē deū ꝑuidere illas: ꝛ nō ecōuerſo. Sed ꝯ. Hec nō
ē vera niſi cōiūctim ſi res future ſūt ꝛc̄. Sed ſimilit̄ hec vera
cōiūctim ſi de9 ꝑuidet ꝛc̄. Solo: cū dicit ſi res future ſunt ꝛc̄.
id eſt ſi res q̄ ꝑus fuerūt future modo ſunt/ neceſſe ē deū ꝑui‑
Myſtice dere illas: ꝛ tunc eſt verū cōiunctim ꝛ diuiſim. Myſtice.
e Sion q̄ſi ager arabit. Sion interp̄tat ſpeculū vel mā
datū. Ager eſt laicoꝝ cōgregatio: q̄ tñ ad fidē ꝛ obſeruantiā
mādatoꝝ tenet. Hi q̄ſi agri arāt: q2 vomere p̄dicatiōis ꝑſati
fructū faciūt. Oſee.x.c. Arabit iudas ꝛ ꝯfringet ſibi ſulcos ia
cob. f Et hierl'm in aceruū lapidū erit. i. clerici q̄ ve
lut aceruus lapidū ſine cemēto et ordine charitatis ad inuicē
cōprimunt: nec terrā in q̄ ſunt fructificare ſinunt. Vñ Zach.
xij.a. Ponā hierl'm lapidē oneris cūctis pp̄lis. Itē aceruus
lapidum arari non poteſt: quia lapides vomeris ferrum re‑
tundunt: ſic clerici p̄dicationi reſiſtūt. Amos.vj.d. Nun‑
q̄d currere q̄unt in petris equi/ aut arari pōt in bubalis: q.d.
nō. Vñ Amos.vij.c. dixit q̄dā ſacerdos ad amos in bethel:
Nō adijcies vltra vt ꝓpheres: q2 ſctificatio regis ē. Sic dicūt
clerici/ ꝙ nō indigent
ſermonib9: q2 bñ ſciūt
q̄d ſit faciendū/ nō at‑
tēdētes ꝙ virtute ver Al. ꝛfaciamus
borū mutat aliq̄ñ ma‑
la volūtas/ ꝛ dat com
pūctio. Nō enī ꝓpter
ſcientiā: ſed magis ꝓ‑
pter virtutē faciēda et
audiēda eſt p̄dicatio.
Itē ſion eſt aīa pēni‑ Al. ꝛoīa
tens: q̄ q̄ſi ager arat: B
q2 auſteritate pēniten
tie atterit ꝛ inuerſatur
vt afferat fructū in pa
tiētia .j.xxxj.d. Poſt
q̄ ꝯuertiſti me egi pe
nitentiā: ꝛ poſtq3 oſtē‑
diſti mihi /percuſſi fe‑
mur meū. Hierl'm aūt
eſt aīa cōtēplatiua: q̄ eſt in aceruū lapidū/ q̄ dicit mons gau‑
dij: q2 per eā videt terra ad quā itur ꝑ pegrinationē. Ad illā
enī patriā tēdūt oēs pegrini: Ibi enī q̄libet ponit crucē vnā:
vt ſic de crucibus fiat cumulus: per q̄s ſignificat cumulus
paſſiōis chriſti: q̄s ſibi quotidie alligat inter vbera ſua. Cañ.
j.d. Faſcicul9 myrrhe dilect9 me9 mihi ꝛc̄. Sion enī interpre
tat ſpeculū: q̄d ligno affigit: vt ibi hō ſeipm̄ videat. Hec ē ca
ro chriſti cruci affixa: in qua q̄ſi in ſpeculo debet ſeipm̄ hō cō
ſpicere ꝛ mirari. Sap.vij.d. Candor ē lucis eterne: ꝛ ſpecu‑
lū ſine macula. Sion ergo q̄ſi ager arata fuit: q̄ñ caro chriſti
aratro crucis et vomere lancee tranſfixa fuit ꝛ foſſa. In hoc
agro ſic aratro iactare debem9 ſemīa nr̄a .i. cogitatiōes/ medi
tatiōes ꝛ affectiōes/ locutiōes/ opatiōes: vt fructū faciat gra‑
tie in p̄ſenti ꝛ glīe in futuro. De hoc agro Geñ.xxvij.d. Ec‑
ce odor filij mei/ ſicut odor agri pleni. f Et hieruſalē in
aceruū lapidū erit. Sicut illō exponit de chriſti paſſiōe:
ita de ſtephani lapidatione: qui poſt chriſtum ꝛ proximo la‑
pidat9 eſt. Hierl'm enī interp̄tat viſio: ſic iſte inter lapides tor
rentes dixit: Ecce video ꝛc̄. Hierl'm ergo aceru9 lapidū fuit: Act. 7.g.
q̄ñ inter lapides chriſtū vidit. o Fuit quoq3 vir ꝓphe
tans in noīe dñi vrias filius ſemei ꝛc̄. Aliud exemplū
ponit ꝑ ꝯtrariū. Bonus enī rex ezechias nō occidit micheā:
ſed peſſimus rex ioachim occidit vriam p̄dicantē ex ore dñi.
Debet ergo imitari bonū ezechiā: nō peſſimū ioachim. Iō
enī hoc exemplū inducit de vria: vt ſicut mala multa accide‑
rūt malo regi/ q2 ꝓphetā occidit/ ꝛ nihil ei ꝓſperū accidit: ſic
ſi hieremiā occiderēt/ oīa aduerſa eis acciderent. Propheta‑
uit aūt iſte vrias i ꝑncipio regni ioachim. p Et aduerſū
terrā hāc iuxta vniuerſa vba hieremie: q̄ſi eadē cōmi‑
natus eſt ex ore dñi: que ꝛ ille. q Et audiuit vrias: ꝙ
q̄reret ad mortē. r Et timuit fugitq3 ꝛ ingreſſus eſt
egyptū ꝛc̄. Quō hieremias potuit euadere mortē a ꝑncipi
bus q̄ inter eos deſolationē ciuitatis apte p̄dicabat/ cū nō fu‑
gerit: ꝛ ille vrias in egyptū fugiēs poſtq3 eadē p̄dicauit/ inde
extract9 ē ꝛ occiſus: Solo. Scḋm Hiero. ſ3 iudicio dei reſer‑
uādū ē: cū i eadē cauſa/ ꝛ eadē ſētētia ali9 ꝯdēnat9 ſit ꝛ ali9 li‑
berat9. Uel pōt dici ꝙ dñs ꝑmiſit illū occidi in cōdēnationē
accuſatoꝝ et ipſi: hieremias aūt dei iudicio reſeruat9 ē: vt re‑
liq̄s iudeoꝝ ꝑ p̄dicationē ad pēnitētiā reuocaret. Sic i eadē
ſentētia ꝛ cauſa legim9 Act.xij.a. et iacobū occiſū/ ꝛ tñ alios
ap̄los adhuc vite reſuatos ad doctrinā pp̄loꝝ. Cōſtātia aūt
vrie patet in h ꝙ de egypto tract9 ꝛ ad occiſionē duct9/ nō mu
tauit ſētētie cōmiationē quā ꝓtulerat vt mortē euaderet: nec
timore mortis tacuit veritatē. Iuxta illud Job.xiij.c. Etiā ſi
me occiderit in eū ſperabo. Or aūt timēs fugit in egyptū: nō

a ꝛ dixerūt ad omnē cetū ppl'i
b loquētes. Micheas dē mo‑
c raſthin fuit ꝓpheta in dieb9
d ezechie regis iuda: et ait ad
oēm pplm̄ iude/ dicēs. Hec
e dicit dñs exercituū. Sion
f q̄ſi ager arabit: ēt hierl'm in
aceruū lapidū erit: et mons
dom9 ꝛ dñi in excelſa ſiluaꝝ.
g Nunq̄d morte ꝯdēnauit eū
h ezechias rex iude ēt oīs iu‑
i da: Nunq̄d nō timuerūt do
k minū ēt depcati ſunt faciem
l dñi: ꝛ penituit dñm mali q̄d
locut9 fuerat aduerſum eos:
m n Itaq3 nos facim9 malū grā
o de ꝯtra aīas nr̄as. Fuit quo
q3 vir ꝓphetās in noīe dñi/
vrias filius ſemei de charia‑
thiarim: ꝛ ꝓphetauit aduer‑
p ſū ciuitatē iſtā: ēt aduerſum
terrā hāc iux ꝛ vniuerſa verba
hieremie. Et audiuit rex ioa
chim ꝛ oēs potētes ꝛ ꝑnci
pes eius verba hec: ꝛ queſi‑
q uit rex interficere eū. Et au‑
r diuit vrias et timuit fugitq3
ꝛ igreſſus eſt egyptū. Et mi‑

infidelitas eius fuit: ſed magis prudētie: vt det nobis exēplū/ nō fruſtra nos periculis offerre/ niſi inſtet ꝓpter hoc fidei periculū vniuerſale. Vñ Matth.x.c. Si vos pſecuti fuerint in vnā ciuitatē/ fugite in aliā. Sic ⁊ ieſus a facie lapidātiū ſe abſcōdit: vt dz Joh.viij.b. Et nota ꝙ ideo ioachim habuit poteſtatē educēdi eū de egypto: q2 a pharaōe nechao fuerat ꝯſtitutus rex i hierl'm pro ioachaz fratre ſuo .ſ. pmo filio ioſie: quē vinctū duxerat pharao in egyptum. Hec autē ꝓphetia vel hec / facta fuit i pncipio regni ioachim. a Igitur manus .i. auxiliū. b Aichā filij ⁊c. q nobilis valde erat: p quē dñs hieremiā liberauit. Interpretatur autē

A aichā: fratris mei reſurrectio: et ſignificat quēlibet iuſtū/ cuius cōſilio ⁊ auxilio oppſſi liberant ab oppſſionib9

Pſ.34. tyrānoꝝ. Pſ. Eripiens inopem de manu fortiorū eius: egenū ⁊ pauperē a diripiētib9 eū. Talis erat dauid.

ſit rex ioachim viros in egyptū/ helnathā filiū achobor ⁊ viros cū eo in egyptū. Et eduxerūt vriā de egypto: et adduxerūt eum ad regē ioachim/ ⁊ pcuſſit eū gladio ⁊ piecit cadauer eius in ſepul-
a chris vulgi ignobilis. Igitur
b man9 aicham filij ſaphan fuit cū hieremia vt nō traderetur i man9 ppli ⁊ interficerēt eū.
c In pnci Ca.XXVII. pio regni ioachim filij ioſie regis iuda/ factū eſt verbū iſtud ad hieremiā a dño dicēs. Hec dicit dñs
d
e ad me: Fac tibi vincula ⁊ ca-
f tenas / et pōnes eas in col-
g lo tuo: ēt mittes eas ād regē
h edom/ ⁊ ad regē moab/ ⁊ ad regē filioꝝ āmon / ⁊ ad regē
i tyri/ ⁊ ad regē ſidonis in manu nūcioꝝ q venerūt hierl'm ad ſedechiā regē iuda: ⁊ ꝓci-
k pies eis vt ād dños ſuos loquantur. Hec dic dñs exercituū deus iſrl'. Hec dicetis ad
l
m dños vros. Ego feci terrā ēt
n hoīes ⁊ iūmēta q ſunt ſup fa-
o ciē tr̄e i fortitudie mea ma-
p gna ēt in brachio meo extē-
q to: ēt dedi eā ei q placuit in
r oculis meis. Et nūnc itaqꝫ ego dedi omnes terras iſtas in manu nabuchodonoſor
s regis babylonis ſerui mei.

Vñ .j. Reg.xxij.a. Cōuenerūt ad dauid oēs q erāt in anguſtia ꝯſtituti ⁊ oppſſi ere alieno ⁊ amaro aīo: ⁊ factus eſt eoꝝ pnceps. Hieremias ergo ſic liberato iuſte/ ⁊ illis pſeudo iuſte ſic cōfuſis/ īpletur illud Prouerb.xj.a. Juſticia iuſtoꝝ liberauit eos ⁊ in inſidijs ſuis capientur iniqui. Expoſi. Capi. XXVII.

c In pncipio regni ioachim ⁊c. Predicta viſio facta fuit in pmo anno ioachim/ filij ioſie: Hec aūt facta fuit tpe ſedechie q fuit vltimus rex iuda: ad quem ante tēpus obſidionis hierl'm/ miſerūt nuncios ſuos multi reges gentiū .ſ. rex edom ⁊ moab ⁊ āmon ⁊ tyri ⁊ ſidonis: vt inirēt cū eo ꝯſiliū qualiter poſſēt oēs ſub nabuchodonoſor repugnare. Cōtra quos Hieremias ꝓphetat in hoc caplo/ dicēs oēs iſtos nabuchodonoſor ſeruituros/ velint/ nolint: ⁊ fruſtra parare rebellionē. Et diuidit hoc caplm in duas ptes. Primo ꝓcipit hieremie/ vt catenas ligneas ponat i collo ſuo: et mittat eas pdictis regib9 p legatos eoꝝ/ mādans eis ꝙ nabuchodonoſor ſint ſeruituri. Et ne forte legati vel reges pdicti dicerēt: quare nō dicit hoc hieremias ſedechie ⁊ pplo iudee: Jō ſcdo idē dicit ſedechie ⁊ ſacerdotib9 ⁊ toti pplo iuda .ſ. ꝙ ſint ſeruituri nabuchodonoſor/ monēs pplm ne credāt pſeudo qui ꝓſpera ꝓmittebant: ibi: Et ad ſedechiā. Nota ꝙ hoc ꝙ dicit hic: In pncipio ⁊c. dicit Hiero. eſſe de pcedēti viſione. Vñ ſm eū nō eſt hoc caplm: ſed finis capli pcedētis: Precedēs eñ viſio facta eſt in pncipio regni ioachim. Incipit ergo hoc caplm: ibi: Hec dicit dñs ad me. d Fac tibi vincula: i ſignū ꝙ captiuādi ſunt a nabuchodonoſor. g Et mittes eas: p legatos quos miſerūt iſti qnqꝫ reges ad ſedechiā vt inirent ꝯſiliū quō ſimul chaldeis reſiſterēt. Et mittes eas īquā: i In manu nūcioꝝ ⁊c. ⁊ ꝓcipies eis .i. nūcijs: k Vt ad dños ſuos loquātur: Ego feci trā: ⁊ hoīes ⁊ iumēta. Scdm ordinē rei geſte i Geneſi pus fecit iumēta et oīa animātia terre: ſed hic ſequitur ordinē dignitatis. o In

Pſ.117. fortitudine mea magna .i. in filio: de q: Fortitudo mea ⁊ laus mea dñs. p Et in brachio meo extēto .i. filio: q eſt brachiū patris. Eſa.liij.a. Brachiū dñi cui reuelatū eſt: q Et dedi eā ei q placuit in oculis meis .i. homini: q aū pctm placuit deo: ⁊ poſt penitētiā illius/ dñationi ſubdidit deus terrā: ⁊ oīa q in ea ſunt. Vñ Gen.j.d. Replete terrā: et

Pſ.8. ſubijcite eā: ⁊ dñamini piſcib9 maris ⁊c. Pſ. Oīa ſubiecisti ſub pedib9 ei9 ⁊c. Vel. l Ego feci trā/ eccleſiā. m Et hoīes clericos. n Et iumēta/ laicos. p Et i brachio meo extē-

to .ſ. i cruce. Prouerb.j.c. Extēdi manū meā ⁊ nō fuit q aſpiceret. Fecit ergo i fortitudine/ creādo: et i brachio extēto/ recreando. Dedit: q2 ſm Hiero. hūano generi oīa p grām ſunt tributa. j. Cor.iij.d. Oīa vr̄a ſunt. ij. Cor.vj.b. Tāqꝫ nihil habētes ⁊ oīa poſſidētes. Vere eñ paupes oīa poſſidēt: q2 deus qcqd volunt facit: et nihil facit qđ nō eis placeat. Vel hoc qđ dicit/ i fortitudine: pōt referri ad patrē: cui attribuitur potētia: et li/ brachio/ ad filiū: licꝫ vtrūqꝫ poſſit ad filiū referri: q2 ipſe eſt ꝟtus ⁊ ſapiētia dei patris: vt .j. Cor.j.d. Omnia eñ per ipſum facta ſunt: vt dz Joh.j.a. Ipſa eñ ſapiētia fortitudo eſt: q2 cōplementū virtutis vel fortitudinis. Ideo Eccl'.ix.d. dicebat ſapiētiā meliorē fortitudine: et ideo ſapiētie filij bene attribuitur fortitudo. r Et nunc itaqꝫ ego dedi/ ad tēpus. Inſup et

Moralit. d Fac Moralit. tibi: id eſt ad vtilitatem tuam. e Vincula/ donorum diuine largitatis: que nos vinciāt amori dei .ſ. dona nature/ fortune ⁊ gratie. Bene dicit/ fac tibi: quia. ij. ij.d. A ſeculo cōfregiſti iugū meū: Cū tñ hic eſſet triplex funicul9 q difficile rumpitur: vt dz Eccs.iiij.c. Ideo dñs adhuc adiecit mltiplicare vincula charitatis: q bona ſua nō ſolū ꝯtulit/ ſed mala nr̄a p nobis ptulit. Vñ Oſee.xj.b. In funiculis adā trahā eos: i vinculis charitatis. Oz furioſā fortitudinē habet quē tot vincula tenere vel ligare nō poſſunt. Eccl'.vj.d. Vincula illi9 alligatura ſalutaris. Vel vincula hec ſūt mādata diuina: q2 vinculis trahimur ⁊ retrahimur ⁊ cōſtringimur. Vincula ergo attrahētia ſūt ꝓcepta affirmatiua: Vincula retrahētia ꝓhibitiōes: Vincula reſtringētia/ ꝯſilia vel admonitiōes. Preceptis illuc ſepe vrgemur: quo boni opis greſſum ſine difficultate nō dirigim9. Prohibitionib9 ſepe retrahimur/ q p deſideriū ꝓperam9. Admonitionib9 cordiū nr̄oꝝ fluenta reſtringim9/ cum volūtates nr̄as a licitoꝝ vſu ſepe reſtringim9. Sed quoſdā nō ligāt hec vincula: q qſi pullos onagri natos ſe liberos putant: vt dicitur Job.xj.c. De qb9 Eſa.j.b. Vuln9 ⁊ liuor ⁊ plaga tumēs: nō ē circūligata nec curata medicamine neqꝫ fota oleo: Cū tñ ſamaritanus alligauerit vulnera ſauciati: Luc.x.f. Vel vincula ſunt flagella: q ſunt tria ſimiliter: tēptatio .ſ. paupertas/ infirmitas. f Et pones eos in collo tuo: magis q in alieno. Eccl'.vj.c. Inijce pedē tuū in cōpedes illi9: ⁊ in torques illi9 collū tuū. Vel vincula ſunt obſeruatiōes religiōis .ſ. diſciplinarū/ ieiunioꝝ/ vigiliarū/ ⁊ hmōi. Ezech.iij.g. Fili hoīs ecce ego dedi ſup te vincula: ⁊ ligabūt te in eis: et nō egredieris i medio eoꝝ/ ⁊ linguā tuā adherere faciā palato tuo. Joh.vlt.f. Ali9 cinget te ⁊ ducet q tu nō vis. Iſta vincula ſunt catene lignee: qs q habet euadet ferreas: vt .j. ꝓximo .ſ. penā īferni.

Pſ. Ad alligandos reges eoꝝ in cōpedib9 ⁊c. Jō dz Job.vj Pſ.149. c. Qui timet pruinā irruet ſup eū nix. Job.xx.d. Fugiet arma ferrea: irruet i arcū ereū. h Ad regē edom ⁊c. Per hos qnqꝫ reges ſignificantur qnqꝫ ſēſus: ſic ⁊ p illos qnqꝫ qs vicit abraā: Gen.xiiij.c. et per illos qnqꝫ quos ſuſpendit ioſue: Joſue.x.c. Qui debēt ligari vinculis ſapiētie: ne nimia libertate diſſoluti vagentur: ſicut equus indomit9 ſine freno. Ideo Eccl'.xxiij.a. Anime irreuerēti ⁊ infrunito ne tradas me dñe. r Et nūc itaqꝫ ego dedi ⁊c. q2 diabol9 pnceps mūdi dz: vt Joh.xiiij.c. Job.ix.c. Terra tradita ē i man9 ipij .i. diaboli. s Serui mei. Diabol9 eñ chriſto ſeruit/ velit/ nolit: qđ eñ facit

B

a Inſup̄ ꝛ beſtias agri dedi ei
vt ſuiāt illi. Et ſeruiēt ei oēs
b c gētes: ēt filio ei⁹/ ēt filio filij
d ei⁹/ dōnec veniat tēpus terre
ei⁹ ꝛ ipſius: ꝛ ſeruiēt ei gētes
e multe ꝛ reges magni. Gēns
f autē ꝛ regnū qđ nō ſeruierit
nabuchodonoſoꝛ regi baby
lonis/ ꝛ q̇cūq; nō curuaue/
g rit collū ſuū ſub iugo regis
babylonis: in gladio ꝛ in fa/
me ꝛ in peſte viſitabo ſup̄ gē
tē illā/ ait dn̄s: donec ꝯſumā
h cos in manu ei⁹. Vos autē
i nolite audire ꝓphētas vr̄os
k l ēt diuinos ēt ſomniatores ꝛ
m n augurēs: ꝛ malēficos qui di
cūt vobis: nō ſeruietis regi
babylonis: qꝛ ꝓphetāt vo/
o p bis mēdaciū: ūt lōnge faci/
ant vos de terra vr̄a: et eijci
ant vos ꝛ pereatis. Porro
gens q̄ ſubiecerit ceruicē ſuā
ſub iugo regis babylonis: ꝛ
ſeruierit ei: dimittā eā in ter/
ra ſua dicit dn̄s/ ꝛ colet eā et
q habitabit in ea. Et ād ſede/
chiā regē iuda locut⁹ ſū ſm̄
r oīa v̄ba h̄/ dicēs: Sūbijcite
colla vr̄a ſub iugo regi̇ baby
s lonis: ꝛ ſeruite ei ꝛ pp̄lo ei⁹: ꝛ
viuetı̇. Quare moriemini tu
ꝛ pp̄ls tuus gladio ꝛ fame ꝛ
peſte: ſicut locut⁹ eſt dn̄s ad
gētē q̄ ſuire noluerit regi ba
bylonis: Nolite audire v̄ba
ꝓphetarū dicētiū vobis: nō
ſeruietı̇ regi babylōis: qꝛ mē
dacium ipſi loquunt̄ vobis.
Quia nō miſi eos ait dn̄s: ꝛ
ipſi ꝓphetāt in noīe meo mē
t v daciter vt ēijciāt vos ꝛ pereā
tis tam vos q̄ꝫ ꝓphete q̇ va/
x ticinant̄ vobis. Et ād ſacer/
dotes et ad pp̄lm iſtū locut⁹
ſum dicens: Hec dicit dn̄s:
Nolite audire v̄ba ꝓpheta/
rū vr̄oꝝ q̇ ꝓphetāt vobis di
cētes: ecce vaſa dn̄i reuertēt̄
de babylōe nūc cito: Mēda
ciū eīn ꝓphetāt vob̄. Noli/
y te ḡ audire eos: ſēd ſuite re/
z gi babylōis vt viuatı̇. Qūa
re dat̄ h̄ ciuitas ī ſolitudinē:
a Et ſi ꝓph̄e ſūt/ ꝛ ēſt v̄bū dn̄i
ī eis/ occurrāt dn̄o exercituū

C

a Inſup̄ ꝛ beſtias agri: q̄ſi terra illa hoībus fugatis ꝛ in
ſolitudinē redacta/ relinquet̄ etiā ab aīalib⁹/ q̄ nō erūt ibi niſi
ꝓpter hoīem cui ſeruiūt oīa. Vł beſtias agri/ vocat feros
hoīes de gētibus ṗdictis. b Et filio ei⁹. ſ. euilmeradach.
c Et filio filij eius. i. balthaſar. d Donec veniat tē
pus terre ei⁹ ꝛ ipſi
us. i. deſtructiōis ter
re illius: qꝛ ipſe nabu/
chodonoſoꝛ cū ſuo ex
ercitu/ a medis et pſis
deſtruet̄. Vn̄ Eſa. xx/
xiij. a. Ve qui ṗdaris
nonne ꝛ ipſe ṗdabe
ris ꝛc̄. Abacuk. ij. b.
Quia ſpoliaſti multas
gētes ſpoliabūt te oēs
q̇ relicti fuerint de po/
pulis. e Gēs aūt
ꝛ regnū qđ nō ſer/
uierit nabuchodo
noſoꝛ ꝛc̄. ſuo dn̄o tē
porali/ licꝫ mal⁹ ſit. j.
Vł ꝛ ergo Pet. ij. c. Serui ſub/
diti eſtote ī oīm timo/
re dn̄is/ nō tm̄ bonis
ꝛ modeſtis: ſed etiā di
ſcholis. Nec mirū ſi
dn̄s ſubijciat peccātes
nabuchodonoſoꝛ: cū
et paul⁹ eos ſubijciat
ſathane. i. corpa eorū
vt ſpūs ſaluus fiat. j.
Corī. v. b. Et. j. Timo
thei. j. d. Quos tradi
di ſathane vt diſcant
nō blaſphemare. g
Sub iugo regi̇ ba
bylonis. i. ſb dn̄o.
Quia Ro. xiij. a. Oīs
aīa ṗtātibus ſublimio
rib⁹ ſbdita ſit ꝛc̄. īdeoq;
neceſſitate eſtote ſubditi ꝛc̄. h Vos aūt nolite audire.
Verba ſūt hieremie ad ṗdictos reges ꝑ eoꝝ legatos. i Pro
phetas vr̄os/ pſeudo: q̇ ſe dicūt habere viſionē de futuris.
k Et diuinos. Aug⁹. Diuini dicti ſūt/ q̄ſi deo pleni. Diui/
nitate eīn ſe eſſe plenos ſimulabāt: ꝛ aſtutia q̄dam fraudulēta
futura hoībus ṗdicebāt. l Et ſomniatores: q̇ reuelatio/
nē dicūt ſe habere futuroꝝ: Sicut habuerūt daniel ꝛ ioſeph
in interp̄tatiōe ſomnioꝝ. m Et augures: q̇ volat⁹ auiū ꝛ
voces itēdebāt: aliaq; hmōi ſigna rerū ꝑ hoc ṗnunciātes q̄d
faciēdū/ vel nō faciēdū. n Et maleficos/ vł veneficos:
q̇ demonū phātaſmatib⁹ inſeruiūt. Nolite inq; audire eos:
Quia ꝓphetāt vobis mēdaciū. o Vt/ ꝯſecutiuū eſt:
p Longe faciāt vos de terra vr̄a ꝛc̄. qꝛ ꝑ hoc ꝙ illis
falſis ꝓphetis crediderūt/ obſtiterūt chaldeis: et ſic captiuati
ſunt. Multo ergo melius fuiſſet eis ſpōte ſeruire nabuchodo
noſoꝛ ꝛ eū habere amicum/ cuius terrā cū pace colerēt q̄ꝫ ne/
ceſſitate captiuari ab eo. Hoc exponebat interpres allegoric⁹
de angelis malis: q̇ ſi voluerint in corporib⁹ ſeruire ad tēpus
ſub iugo nabuchodonoſoꝛ. i. ṗncipi demonū in babylone. i. in
hui⁹ mūdi ꝯfuſione/ poſtea fiāt beati celeſtes ſpūs: ꝛ inhabi
tabūt t̄rā ſuā: ſ; illi ī etnū erūt demōes q̇ noluerit ei obedire.
Que opinio receſſit ab aula eccleſiaſtice fidei. Quidā putāt tn̄
hāc nō fuiſſe opinionē Origenis.
Moraliter * qđ eīn facit inique/ de⁹ ꝑmittit iuſte: vt ſic dn̄o ſeruiat in eo ꝙ
ꝑ eū exercet iuſticiā ſuā: ꝛ ſibi acq̄rit alios. ſ. bonos: quoꝝ tot
diabol⁹ dn̄o lucrat̄: quot ꝑ ei⁹ tēptationē vł flagellationē ꝓba
ti inueniunt̄. Job. xl. d. Nūq̄d eū accipies ſeruū ſempiternū:
ſuþple ſicut ego: a Inſup̄ ꝛ beſtias agri. Hi ſunt ṗnci/
pes mūdi: q̇ dati ſunt vt ſuiāt diabolo. ſ. paupes opprimēdo.
Oſee. xiij. c. Cōſumā eos q̄ſi leo: beſtia agri ſcindet eos. Eſa.
lvj. c. Omēs beſtie agri venite ad deuorandū. b Et filio
eius. Nabuchodonoſoꝛ ē diabol⁹: cuius fili⁹ eſt malus prin
ceps. c Et filio filij eius. Fili⁹ filij ei⁹ eſt malus ṗpoſi/
tus. Joh. viij. f. Vos ex patre diabolo eſtis. Iſtis modo da/
ta eſt terra: ſed ad vltimū deſtruent̄. f Quod nō ſerui/
erit ꝛc̄. qꝛ Eccl. iiij. a.
Magnato hūilia ca/
put tuum. Ro. xiij. c.
Cui honorē honorē:
cui tributum tributū.
h Vos aūt nolite
audire ꝛc̄. Per fal/
ſos prophetas ſigni/
ficant̄ adulatores: qui
emolliunt dn̄i cōmina
tiones. Pš. Molliti † Pš. 54.
ſunt ſermones ei⁹ ſup̄
oleū. š. vj. d. Curabāt
ꝯtritionē filie pp̄li mei
ꝛc̄. Thrēn. ij. c. Pro/
phete tui viderūt ti/ š. 14. c. et
bi falſa et ſtulta: nec j. 29. b.
aperiebāt tibi īiq̄tatē
tuam vt te ad peni/
tentiam ꝓuocarēt: vi/
derūt aūt tibi aſſūpti/
ones falſas ꝛ electiōes.
q Et ad ſedechiā
regē iuda ꝛc̄. Ne re
ſponderēt legati ꝛ re/
ges ṗdicti: q̄re hec po
pulo tuo non ṗcipis:
Ideo ſedechie ꝛ ꝓphe
tis ꝛ ſacerdotib⁹ hec
eadē loquit̄: ne credat̄
nō audere dicere regi
ſuo tam crudelia. s
Et ſeruite ei ꝛ po/
pulo ei⁹/ ꝛ viuetı̇.
Moraliter: hic ſer/
uire debem⁹: vt in fu/
turo regnem⁹. Pš. Seruite dn̄o ī timore: ꝛ exultate ei cū tre/ Pš. 2.
more. r Subijcite colla vr̄a ſub iugo regis baby
lonis. Ibidē. Apprehēdite diſciplinā ne q̄n iraſcat̄ dn̄s. Et
in hoc notat̄ ad lr̄am/ quanta ſit virt⁹ ꝛ bonitas obediētie: cū
etiā obedire malis meritoꝛiū ſit. t Vt eijciāt vos/ ꝑ mē
dacia ſua/ faciēdo vos cōfidere in egyptijs. š. vj. c. A ꝓpheta
vſq; ad ſacerdotē cūcti faciūt dolū: ꝛ curabant cōtritionē filie
pp̄li mei cum ignominia/ dicētes: pax/ pax: ꝛ nō erat pax. v
Et pereatı̇ tā vos q̄ꝫ ꝓphete. Ad vtroſq; loq̇t̄: qꝛ vtri/
q; ſunt in culpa. Eſa. xxiiij. a. Et erit ſic popul⁹: ſic ſacerdos.
Bern̄. Vtinā nō peioꝛ q̄ꝫ pp̄ls ſit ſacerdos. Eſa. ix. c. Erūt q̇
beatificāt pp̄lm iſtū ſeducētes: et q̇ beatificant̄ ṗcipitati. Vn̄:
x Et ad ſacerdotes ꝛc̄. ecce vaſa dn̄i reuertēt̄: q̄ cū
iechonia fuerāt aſportata. Ita etiā dicūt nr̄i pſeudo ꝓphe et
ſacerdotes q̇ ꝑmittūt veniā pctōrib⁹ etiā in pctis manētib⁹/
dicētes: cito penitebitı̇ ꝑ dei gratiā: adhuc eſtı̇ ſatis iuuenes:
ſitis in bona pace: qđ faciūt ꝓpter pugillū hordei et fragmen
panis viuificātes ſic aīas q̄ nō viuūt: vt dꝛ Ezech. xiij. d. y
Sed ſeruite regi babylonis vt viuatis: in quo appa/
ret miſcđia diuina: q̄ vult eos tradere leuioꝛi pene ne ſubeāt
grauiorem. Unde Ezech. iiij. b. Diem pro anno dedi tibi. z
Quare dat̄ hec ciuitas ī ſolitudinem: vt poſſet dici:
Quō ſedet ſola ciuitas plena pp̄lo: vt dꝛ Thrēn. j. a. a Et
ſi ꝓphete ſunt/ ꝛ eſt verbū dn̄i in eis/ occurrāt dn̄o
exercituū. q. d. qui verus eſt ꝓpheta/ ṗcibus occurrere dn̄o
pōt: et hoc intelligēdū eſt: q̄n malicia nōdū eſt cōſūmata vel
obſtinata: Iſti aūt ꝓphete falſi dicebāt/ maliciā pp̄li nō eſſe cō/
ſūmatā: ꝛ ita ſm̄ hoc poſſent reſiſtere: ſed nō faciūt: ergo non
ſunt veri: ſ; loquit̄ ꝛ textus ꝛ Glo. ſm̄ illoꝝ opinionē: qđ ideo
ſic dico: qꝛ ſic pōt opponi ꝙ hieremias nō fuiſſet verus ꝓphe

 G ta: cui dictū eſt

g ta: Cui dictū ē .i.xſ.d. Nō obſiſtas mihi: qꝛ nō exaudiā te. Et xv.a. Si ſteterint moyſes ⁊ ſamuel ⁊c̄. Qn̄ eñ malicia ꝯſummata ē: tūc null⁹ pōt reſiſtere. Jō ad hos falſos ꝓphas dicit̄ Ezech.xiij.a. Ve ꝓphis inſipiētib⁹ q̄ ſequūt̄ ſpūm ſuū: Nō aſcēdiſtis ex aduerſo: nec oppoſuiſtis murū ꝓ domo iſrl̄ / vt ſtaretis i ꝑlio in die dn̄i. Numeri.xvj.g. Stās aaron int̄ mortuos et viuētes ꝓ ꝑplo depcatus ē ⁊ plaga ceſſauit. Heb .xj.f. Extinxerūt ipetū ignis. Pauci ſūt mō q̄ poſſunt deo occurrere. Eſa. lxiiij.c. Nō eſt q̄ inuocet nomē tuū: q̄ ꝯſurgat ⁊ teneat te. Vl̄ dr̄ ver⁹ ꝓpheta occurrere dn̄o: qn̄ qd̄ dic̄ / ope oſtendit: in quo oſtēdit̄ ver⁹ ꝓpha. a Ut nō veniāt vaſa .i. nō trāſferant̄. b Que derelicta fuerant ⁊c̄. Qn̄ iechonias trāſlatus fuit: q̄dā tranſlata fuerūt cū ipſo i babylonē / et q̄dā remanſerūt: q̄ omnia tranſlata ſūt capto ſedechia: Veniant dico / in babylonē. c Ad colūnas et ad mare et ad baſes et ad reliqua vaſoꝝ ⁊c̄. quaſi de columnis et de mari .ſ. eneo: quod ad lrām lauatorium dicitur: de baſib⁹ ⁊ reliquis vaſis: ⁊ ad oēs optimates.

4.Regl.25.c.

A

cōterā. h Jugū regis babylōis .i. īperiū / vel dominiū. Habuit iſte ꝓpha copiā loquēdi corā iſto: qꝛ leta libēter audiunt̄: ⁊ ita ꝑ hec mēdacia ſepe diligūt̄: qꝛ natura corrupta delectat̄ in vanis. De natura eñ bn̄ inſtituta / dic̄ Aug⁹. i enchiridion: Vſqꝫ adeo natura hūana effugit falſitatē ⁊ errorē deuitat vt falli nolit etiā qui amant fallere. i Adhuc duo anni dierū: vt ſic breue tēpus / gaudij magnitudinē augeret. Et dicit Anni dieꝝ / ad differentiā annoꝝ ſeptimanaꝝ: q̄s vocat Daniel .ix.g. hebdomades: in q̄bus ſunt tot ſeptimane: quot ſūt dies i annis. Dierū .i. īfra duos annos. k Et ego referri faciā ⁊c̄. Ecce quō hieremie ꝯtrariat̄: q̄ dixerat trāſferēda eſſe illa q̄ in hieruſalē remāſerat poſt iechonie tranſmigrationē: iſte autem dicit etiā aſportata ſiue trāſlata ibi eſſe reportāda i hierlm. l Et omnē trāſmigrationē iude .i. oēs q̄ trāſmigrauerāt: qſi nō tm̄ vaſa referēt̄. m Amē: ſic faciat domin⁹: qſi opto ꝙ ſic eueniat ſicut tu loqueris: qd̄ ſic intellige: id eſt optarem: ſi hoc eſſet optabile: Sicut illud Ro.ix.a. Optabam fieri anathema pro fratribus meis: id ē optarem ſi eſſet optabile. Simile Michee.ij.c. Utinam non eſſem vir habens ſpiritum / et mendacium potius loquerer: qd̄ ſic intelligit̄ .i. hoc vellē ſi eſſet volēdū: vel optabile mendaciū .i. falſū nō habēs ſpiritū .ſ. quo ad h̄ ꝙ p̄dixi de deſtructiōe ꝑpl̄i mei. Vn̄ ſumit mēdaciū īpropꝛie .i. falſū. Quo etiā mō dic̄ Hiero. hic in Glo. ionā eſſe mētitū: Jone.iij.b. Adhuc q̄draginta dies et niniue ſ̄buertet̄: qd̄ ītelligit̄ .i. dixit falſum: vl̄ dicit̄ eſſe mētit⁹ / nō in v̄itate / ſ; ſm̄ hoim opinionē: q̄ viderūt euenire ꝯtrariū. Nō eñ mēdax fuit: qꝛ putauit dicere verū. Vel qꝛ h̄ verū fuit ſm̄ cauſas inferiores: qꝛ ſic merita illoꝝ exigebāt. Vel h̄ retorq̄bat / nō ad corꝑalē ſed ad ſpūalē ſ̄buerſionē. Vel cū dixit / amē: reſpectū habuit hieremias ad captiuitatꝭ reductionē: q̄ futura erat poſt ſeptuagita ānos / nō poſt bienniū / vel añ: vt iſte dixerat. Ne tñ ꝑ hoc qd̄ dixerat: amē / videret̄ ꝓbare teſtimoniū pſeudo ꝓphe / v̄itatē ſubiūgit dicēs. Verūtñ audi ⁊c̄. Moraliť: l Et oēm trāſmigrationē iude ⁊c̄. Cōterā eñ iugū regl̄ babylōis. Licet h̄ v̄bū velut falſ⁹ ꝓpha dixerit: tñ q̄tū ad hāc ꝑtē verū fuit / ⁊ ſm̄ lrāz / ⁊ ſm̄ myſteriū. Qn̄ eñ iugū vl̄ ſeruit⁹ diaboli ſup iudā .i. ſup aliquē q̄ aliqñ fuit religioſus īponit̄ / tūc migrat hō in babylonē .i. in ꝯfuſionē ⁊ ꝯſciētie anxietatē: a hierlm .i. a pace pectoris quā habebat. Vn̄ Thren̄ .j.a. Migrauit iudas ꝓpt̄ afflictionē ⁊ mltitudinē ſeruitutꝭ: habitauit inter gentes .i. imitat⁹ eſt gētiliter viuētes: nec inuenit requiē: ſed ꝯtrito iugo redit hō i hierlz .i. i pacē. Vn̄ Joh̄.xvj.g. Jn mūdo p̄ſſurā habebitis in me pacē. Eſa.ix.a. Letabunt̄ corā te ſicut q̄ letant̄ in meſſe: ſicut exultāt victores capta p̄da qñ diuidūt ſpolia: iugū eñ oneris ei⁹ ⁊ v̄ga humeri ei⁹ ⁊ ſceptrū exactoris ei⁹ ſupaſti: ſicut in die madian: qñ .ſ. ꝯfract̄ lagenis filij iſrl̄ ſonātes tubis lāpades i manib⁹ tenuerūt: ⁊ ſic territi fugerūt madianite. Cōfringit̄ lagena in ꝯtritiōe. Vn̄ Eſa.xxx.c. Cōminuet̄ ſic ꝯterit̄ lagena figuli ꝯtritiōe p̄ualida: ⁊ nō ueniet̄ de fragmētꝭ teſta in q̄ portet̄ ignis de incēdio aut hauriat̄

Moraliť

Judic.7.c.

a vt nō veniant vaſa q̄ derelicta fuerāt i domo dn̄i / ⁊ i domo regis iuda / ⁊ in hierlm: in babylonē. Quia hec dic̄ dn̄s exercituū ad colūnas et ad mare ⁊ ad baſes et ad reliq̄ vaſoꝝ q̄ remāſerūt in ciuitate hac: q̄ nō tulit nabuchodonoſor rex babylōis cū trāſferret iechoniā filiū ioachim regē iuda de hierlm in babylonē ⁊ oēs optimates iuda ⁊ hierlm. Qꝛ h̄ dic̄ dn̄s exercituū de⁹ iſrl̄ ad vaſa q̄ derelicta ſūt i domo dn̄i: ⁊ i domo regl̄ iuda ⁊ hierlm. Jn babylonē trāſferēt̄ et ibi erūt vſqꝫ ad diē viſitatiōis ſue dic̄ dn̄s. Et afferri faciā ea ⁊ reſtitui i loco iſto.

Ca. XXVIII.

Et factū ē i āno illo i p̄ncipio regni ſedechie regis iude / i anno q̄rto / i meſe q̄nto / dixit ad me ananias fili⁹ azur ꝓpha de gabaon i domo dn̄i corā ſacerdotib⁹ ⁊ oi ꝑpl̄o dicēs. Hec dicit dn̄s exercituū deus iſrl̄. Cōtriui iugū regis babylōis: adhuc duo anni dierum: et ego referri faciā ad locū iſtū oia vaſa dn̄i q̄ tulit nabuchodonoſor rex babylōis de loco iſto ⁊ trāſtulit ea in babylonem et iechoniā filiū ioachim regē iuda: ⁊ oēm trāſmigrationē iude q̄ ingreſſi ſunt i babylonē ego ꝯuertā ad locū iſtū / ait dn̄s: Conterā eñ iugū regis babylonis. Et dixit hieremias ꝓpha ad ananiā ꝓphetā i oculis ſacerdotū ⁊ in oculis ois ꝑpl̄i q̄ ſtabat i domo dn̄i: ⁊ ait hieremias ꝓpha: Amē: Sic faciat dn̄s. Suſcitet dn̄s v̄ba tua q̄ ꝓphetaſti vt referant̄ vaſa i domū dn̄i: ⁊ ois trāſmigra

B

Myſtice: Columne / q̄ totā domū ſuſtinent / ſunt p̄lati. Mare / ſiue lauatoriū ſūt ſacerdotes: q̄rū officiū ē baptiȥare. Baſes / q̄ tenēt locū īfimū / ſūt ſ̄bditi. Vaſa / q̄b⁹ potat̄ / ſūt p̄dicatores: q̄rū officiū ē potare alios. Oēs iſtos iā ꝓ magna pte tranſtulit nabuchodonoſor .i. diabol⁹ i babylonē ⁊ i fruſta ꝯcidit. iiij. Regl̄.vlt̄. c. Colūnas ereas q̄ erāt in tēplo dn̄i ꝯfregerūt chaldei: ⁊ trāſtulerūt es oē i babylonē. d Vſqꝫ ad diē viſitatiōis ſue: .i. vſqꝫ ad tēp⁹ cyri q̄ remiſit ea in hierlm: vt legit̄ .j. Eſdre.j. c. qñ .ſ. cōpleti ſunt ſeptuaginta anni q̄b⁹ fuerūt i captiuitate.

Myſtice

Et factū eſt. Jn hoc caplo Expo. Ca. XXVIII. duplex ꝓphetia inſerit̄. Vna pſeudo ꝓphete / ꝑplm decipientis: Alia veri ꝓphete / ꝑplm corripiētis. Sic eñ vbiqꝫ eſt ꝙ veritatꝭ p̄conib⁹ falſos p̄cones opponit diabol⁹: vt ꝑ illos fructū illoꝝ impediat. Et diuidit̄ hoc caplm in q̄ttuor ptes. Primo ponit̄ ꝓphetia ananie pſeudo ꝓphete: q̄ licz v̄a in pte fuerit / falſo tñ nūciata ē: qꝛ ſpū ſuo / nō ſpū dn̄i loq̄bat̄. Scd̄o ponit̄ charitas hieremie: q̄ optauit fieri qd̄ ille mētiebat̄: ibi: Et dixit hieremias. Tertio licet potuiſſet dixiſſe hieremias ananie: mētiris / ꝑplm decipis ⁊ hmōi / tanqꝫ q̄ bn̄ ſciebat v̄itatē: tñ qꝛ ille eadē i hieremiā poſſet torq̄re: exēplū ponit antiquoꝝ ꝓphetaꝝ / tā bonoꝝ / q̄ꝫ maloꝝ: vt ex eoꝝ cōſideratiōe ꝑpendat̄ q̄s ſit verus ꝓpha / ananias .ſ. vl̄ hieremias: ibi: Verūtamē audi. Quarto īſpirat⁹ a dn̄o hieremias dure increpat ananiā / ⁊ de mēdacio rep̄hendit / pēnā iminentē ei p̄dicit: ibi: Et factū eſt verbū dn̄i ad hieremiā. e Et factū eſt in anno illo in p̄ncipio ⁊c̄. in anno q̄rto. Quart⁹ annus dr̄ p̄ncipiū regni ei⁹ cōparatiōe bonorū regū q̄ diu regnauerūt / vt dauid ⁊ ezechias: vt ita qſi nihil regnaſſe iſte mal⁹ reputet̄. Vn̄ Eccl̄i. x.b. Ois potētat⁹ breuis vita. Et ītellige hoc factū eſſe anteqꝫ ezechiel incepat ꝓphare illis q̄ trāſmigrauerāt cū iechonia: qꝛ q̄nto anno trāſmigratiōis cepit ꝓphare. f Dixit ad me ananias fili⁹ azur ꝓpha pſeudo: vel qꝛ ꝑpl̄o videbat̄ ⁊ dicebat̄ ꝓpha. g Cōtriui .i.

g parū aque de fouea

C tio de babylōe ad locū iſtū.
a Uerūtamē audi verbū hoc
b qḋ ego loqr in aurib⁹ tuis: ⁊
in aurib⁹ vniuerſi ppli. Pro
c phete q̄ fuerūt an̄ me ēt an̄ te
d ab initio: ⁊ ꝓphētauerūt ſup
e terras multas/ ēt ſup regna
f g magna dē ꝓlio ⁊ dē afflictio
h ne ⁊ dē fame: ꝓpheta q̄ vati
i cinat⁹ ē pacē/ cū vēnerit ver
k bū ei⁹/ ſciēt̄ ꝓpheta quē mi
l ſit dn̄s in v̄itate. Et tulit ana
nias ꝓpheta catenā de col
m lo hieremie ꝓphe: ēt ꝯfregit
eā. Et ait ananias i ꝯſpectu
oīs ppli dicēſ. Hec dic dn̄ſ:
Sic ꝯfringā iugū nabucho
donoſoꝛ regꝯ babylōis poſt
duos annos dierū de collo
n oīm gentiū. Et ābijt hieremi
as ꝓpheta in viā ſuā. Et fa
ctū eſt v̄bū dn̄i ad hieremiā
poſtq̄ꝫ ꝯfregit ananias pro
pheta catenā de collo hiere
mie ꝓphe dicēs. Uade et di
ces ananie. Hec dicit dn̄s.
o Catēnas ligneas cōtriuiſti:
p et faciēs ꝓ eis catenas fer
reas: qꝛ hec dicit dn̄s exerci
tuū de⁹ iſrl̄. Jugū ferreū po
ſui ſup collū cūctarū gentiū
iſtarū vt ſeruiāt nabuchodo
noſoꝛ regi babylōis/ et ſuiēt
ei: inſup ⁊ beſtias t̄re dedi ei

parū aque de fouea. Jta em̄ debet hō minutatim circūſtāti/ as pcti recolere: ita vt ibi nihil ſit ignis vl̄ aq̄.i. ardorꝭ i pctō vl̄ delectatiōiſ male. Eſa.x.g. Cōfringet dn̄s lagūculā i terrore. Sonat tuba in ꝯfeſſiōe: tenet̄ lāpas i manu ſatiſfactione/ ꝑ oſtēſionē boni exēpli i cōuerſatiōe: ⁊ ſic cō/ terit̄ iugū diaboli. Ul' aliter: Omnē tranſ/ migrationem ⁊c. Qn̄ iudaſ.i. ꝯfitēſ ve/ nit in babylonē.i. pcti ſui ꝯfuſionē: tunc libe rat eū dn̄s reducēs in hierl̄m.i. pacē: qꝛ ꝯte/ rit̄ iugū diaboli.i. pec catū. Un̄ Micbee.iiij d. Uenies vſq̄ꝫ ad ba/ bylonē: ibi liberaberꝭ/ ibi redimet te dn̄s de manu inimicoꝝ tuoꝝ. Ul' Judas.i. laudāſ deū in choro ⁊ oꝛone/ freq̄nt̄ venit i babylo/ nē.i. in mētiſ ꝯfuſionē ꝓpter tumultū malaꝝ cogitationū occurrēti um: ⁊ tunc nō eſt ſpe/ cioſa laus in oꝛe pctōris: vt dꝛ Ecci.xv.c. Sed dn̄s in deuo/ tiōe ꝯuertit eū i hierlꝫ.i. pacē: qꝛ tūc ꝯterit̄ iugū diaboli. Un̄ Eſa.x.f. Cōputreſcet iugū a facie olei.i. in ꝯtritiōe ꝯfringit̄ ⁊ ſupat̄ iugū diaboli: ſ; in oleo deuotiōis putreſcit: qꝛ ibi pctm̄ fetidū ⁊ abomiabile fit hoi. a Uerūtn̄ audi v̄bū hoc. Si diceret ei hieremiaſ: mētirꝭ/ qḋ potuit dicere: ip̄m idē hie/ remie poſſet dicere: qꝛ adhuc nō erat manifeſta rei v̄itas ꝑ quā erat ꝯtrouerſia: vn̄ iiuriā feciſſet ei an̄ v̄itatꝭ ꝓbationē ſi dixiſſet ei mētirꝭ/ vl̄ ip̄m decipis/ vl̄ hmōi. Jō magꝭ curia/ lit̄ ei loquit̄/ adducēs exēplū veteꝝ ꝓphaꝝ: qꝝ v̄itatē vl̄ frau/ dulētiā rei exit⁹ demōſtrauit in dictis coꝝ: q̄ſi ita etiā rei exi tuſ demōſtrabit v̄itatē meā ⁊ falſitatē tuā. b Qḋ ego loqr in aurib⁹ tuis: nō ſolū ad aures: ſ; etiā intus ad coꝛ veniat v̄bū. d Et ꝓphetauerūt ſup t̄ras multaſ.i. ꝯtra eas. e Et ſup regna magna/ moꝛaliter.i. ꝯtra eos q̄ diuiſi ſūt/ nō q̄rētes vnā a dn̄o. Un̄. Oſee.x.a. Diuiſum ē coꝛ coꝝ: nūc interibūt. Oē em̄ regnū diuiſum cōtra ſeip̄m diſſipabit̄: vt dꝛ Matth.xij.b. Regna em̄ diaboli ꝯ̄ ſe pugnāt: vt auari cia ꝯtra luxuriā: ⁊ ſic de alijs. Super hos veniet afflictio per oīm maloꝝ p̄ſentiā/ ⁊ fames per oīm bonoꝝ abſentiā. Pre/ liū dꝛ: qn̄ hō in p̄ſenti ꝑ tēptationē ſupat̄ vbi ſpoliat̄ gratui/ tis/ vulnerat̄ naturalib⁹. f De ꝓlio: Luc.x.e. Jncidit in la/ trones: q̄ deſpoliauerūt eū: ⁊ plagis impoſitꝭ abierūt ſemi/ uiuo relicto. g Et de afflictiōe: Ezech.vij.a. Ecce affli/ ctio venit/ venit finis/ finis venit: euigilauit aduerſus te/ ve/ nit cōtritio ſup te q̄ habitas in terra. h Et de fame. Ps.
Ps.106. Uincti i mēdicitate ⁊ ferro. Uincti erūt: qꝛ etiā neceſſaria ſibi acq̄rere nō poterūt. Un̄ ⁊ diuiti epuloni vna gutta aq̄ nega/ ta ē: qꝛ nimiū chaos inter nos ⁊ vos: Luc.xvj.g. Propt̄ hec tria dicit̄ Apocꝭ.viij.d. Ue ve ve habitātib⁹ i terra. Hec tria c Ab initio ꝓphauerūt. Hoc ē ꝯ̄ eos q̄ dicūt/ vn̄ veniūt mō tot noua: talia nō ſolēt p̄dicari. Un̄ Actꝭ.ij.b. Cū loq̄rēt̄ apl̄i magnalia dei/ ſtupebāt ⁊ mirabant̄ oēs dicētes: q̄d nam vult h̄ eſſe: alij aūt dicebāt deridētes: qꝛ muſto pleni ſunt. Et Actꝭ.xvij.e. dr̄ paulo: Noua q̄dā iferſ aurib⁹ nr̄is. Sed dicit̄ ij. Joh.b. Nō mādatū nouū ſcribo tibi: ſ; qḋ habuim⁹ ab in/ itio. Uel de p̄ſiti ꝓliū habet hō ꝯ̄ deū in mortali. Jbi em̄ eſt guerra moꝛtalis: afflictio ꝑ remoꝛſum cōſciētie: fames ꝑ indi/ gentiā bonoꝝ ſp̄ualiū. De p̄mo Actꝭ.ix.a. Ego ſum ieſus na/ zaren⁹ quē tu ꝑſeq̄ris: durū ē tibi ꝯtra ſtimulū calcitrare. Ue/ re duꝝ: qꝛ niſi cito facias pacē/ veniet dies: qn̄/ vt dꝛ Sap.v. d. acuet irā dirā in lanceā: ⁊ pugnabit cū illo oꝛbis terrarū. Fac ḡ ꝯſiliū dn̄i Matth.v.d. Eſto ꝯſentiēs aduerſario tuo dū es in via.i. dū tēp⁹ penitētie habes. De ſcdo.ſ. afflictione: Threñ.j.g. Foris interficit gladi⁹ ⁊ domi mors ſimilis eſt: quo ad ſcdm̄.ſ. intus in ꝯſciētia. De tertio Threñ.j.d. Dede rūt p̄cioſa queq̄ꝫ ꝓ cibo ad refocillādā aiam. Magna ē i aia cariſtia: qn̄ oia tā p̄cioſa.ſ. gratiā dn̄i ⁊ gloꝛiā dat aia ꝓ mi/ nima delectatiōe: de q̄ nō pōt etiā impleri anima: ſed tm̄ refocil/ lari. Uel ꝓliū erit i iu/ dicio i diſcuſſione: af/ flictio in ſentētie ꝓla/ tione: fames in inferni religatiōe/ vbi erit ca/ rētia oīs boni. i Cū venerit verbū ei⁹: i. rei exitus manifeſta/ bit̄.ſ. pax vel ꝓſperi/ tas quā ille p̄dicat: k Sciet̄ ꝓpheta. De hoc autē non poterat iſte exp̄obꝛare hiere/ mie: qꝛ multa p̄dixe/ rat q̄ iā aduenerāt/ et alia erant futura: qꝛ ꝑ exitū vaticinij ꝓbat̄ vtrū verus vel falſus ꝓpheta fuerat. Quia Ecci.xxxiiij.a. A men dace q̄d verū dicet̄: Un̄ Deut.xviij.d. poſtq̄ꝫ dixit: Porphe tā ſuſcitabo eis ḋ medio fratꝝ ſuoꝝ: q̄ v̄ba ei⁹ q̄ loquet̄ i noīe meo audire noluerit ego vltoꝛ exiſtā: ſubdit: Propheta aūt q̄ arrogātia depuat⁹ voluerit loq̄ i noīe meo q̄ ego nō p̄cepi ei vt diceret iterficiet̄: ꝙ ſi tacita cogitatiōe rn̄deris: quō poſſū intelligere verbū qḋ nō eſt locut⁹ dn̄s/ hoc habebis ſignū qḋ in noīe dn̄i ꝓpha ille p̄dixerit ⁊ nō euenerit/ hoc dn̄s nō eſt lo/ cutus. l Et tulit ananias ꝓpheta catenā de col/ lo hieremie: q̄ foꝛte facta erat de anſulis in modū catene ꝯnexis. m Et cōfregit eā: et iō eā frangere potuit: qḋ nō potuiſſet ſi ferrea fuiſſet. Ecce loq̄t̄ facto qḋ p̄us ꝓphauerat v̄bo. Hieremias aūt tāq̄ꝫ agnus māſuet⁹ tacet corā ipſo ſic ſibi iniuriāti ⁊ ꝑ ſubtractionē catenaꝝ violentā/ ei dolorē ma/ gnū incutiēti. Jō aūt tacuit: vt dicit hic Glo. quia nōdū ei a dn̄o q̄d diceret fuerat reuelatū: vt ſic inuat̄ ꝓphas nō loqui tm̄ ſuo libero arbitrio/ ſ; dei volūtate ſola q̄ ei futura iſpirat. Sed quō ergo dicit̄.j. Corꝭ.xiiij.f. Sp̄us ꝓphaꝝ ſubiecti ſūt ꝓphis. Per h̄ em̄ videt̄ velle dicere ꝙ qn̄ volūt loq̄ poſſunt: ⁊ qn̄ volūt tacere poſſunt: Nō em̄ cogunt̄ tacere vel loq̄/ ſicut phanatici. Solutio. Uerū eſt ꝙ loq̄ vel tacere poſſunt ex li/ bero arbitrio: ſed loq̄ ꝓphetice nō: qꝛ nō eſt tm̄ ex libero arbi/ trio. Apl̄s ergo loquit̄ de ſimplici loq̄la. n Et abijt hiere mias ꝓpheta in viā ſuā/ q̄ſi victus: implēs illud ꝓpheti/ cū: Factus ſum q̄ſi hō nō audiēs ⁊ nō habēs in oꝛe ſuo redar Ps.37.
gutiōes. Sed nunq̄d ergo exēplo hieremie ſi audiam⁹ hereti cū hereſim p̄dicantē tacere debem⁹ quoadusq̄ꝫ audiam⁹ v̄bū a dn̄o: ſicut iſte tacet audiēs pſeudo falſa p̄dicantē: Solutio. Nō: qꝛ rn̄ſū dn̄i habem⁹ i ſcp̄turꝭ: qḋ nō habebat hieremias q̄d diceret de futuro. p Et facies ꝓ eis catenas fer/ reas: q̄ſi qꝛ minorē renuiſti penā ⁊ monuiſti ip̄m vt mino/ rē renueret.ſ. trāſmigrando in babylonē ſponte ſcdm̄ cōſiliū veroꝝ ꝓphaꝝ: ſ; ꝑ h̄ cauſa maioꝛis ſupplicij eris ⁊ tibi ⁊ ip̄ſo. Hic delyrat allegoric⁹ int̄p̄res/ vocās ligneas catenas aerea coꝛpoꝛa demonū: ferreas aūt nr̄a coꝛpa groſſioꝛa. Jlli ergo demōes q̄ ꝓ q̄ritate pcti ſui noluerit minores ſubire cruciat⁹ i catenas nr̄oꝝ coꝛpoꝝ ꝯdēnabūt̄/ in eis ſuiētes nabuchodo/ noſoꝛ.i. diabolo. Nabuchodonoſoꝛ em̄ etiā beſtie terre date ſūt: vt h̄ ſubdit̄.i. ſp̄us hoīm in carne ſua moꝛtētiū. Un̄: Ut Al. charitate
ſuiāt ⁊c. Moꝛalit̄. o Catenas ligneas ꝯtriuiſti: Moꝛaliter
q̄ſi modicā penitētiā facere noluiſti/ opoꝛtebit te ſuſtinere toꝛ mēta iferni. Jn hac catena lignea ſūt tres anuli.ſ. ꝯtritio/ cō/ feſſio/ ſatiſfactio. Pena iferni reſpectu penitētie p̄ſentis dicit̄ ferrea: qꝛ eſt durioꝛ/ pōderoſioꝛ/ durabilioꝛ. Un̄ Ps. Reges Ps.2.
eos in v̄ga ferrea. Jō dꝛ Job.vj.c. Qui timet pruinā/ irruet

 ſup eum nix.

ſup eũ niſ. Job.xx.d. Fugiet arma ferrea: irruet i arcũ ereũ.
Et iõ iux̃ ꝯſiliũ Eccl.vj.c. Injice pedẽ tuũ in cõpedes illi⁹ ⁊ i
torq̃s illi⁹ collũ tuũ. Quare? Quia vt ibi ſb̃dit: Erũt tibi cõ/
pedes illi⁹ in ꝓtectionẽ fortitudinis ⁊ baſes virtutis: ⁊ torques
illi⁹ i ſtolã glĩe. Quia vt dr̃ Eccl.iiij.d. De carcere catenisq;
interdũ qs egredit̃ ad
regnũ. Qui ĝ ligneã
penitẽtiã renuit / liga/
bit̃ ferrea q̃ ligatis pe
dibus ⁊ manib⁹ mitte
tur in gehennã: vt dr̃
Matth.xxij.b. ibi erit
fletus ⁊ ſtridor dẽtiũ.
Vñ .ſ. xx.d. dicit̃ ꝙ
phaſſur ꝑcuſſit hiere/
miã: ⁊ miſit eũ i neru/
um: cũ illuxiſſet craſti
nũ/eduxit phaſſur hie
A remiã d̃ neruo. Phaſ/
ſur interꝑtat̃ pauor vn/
diq;. Hic ꝑcutit hiere
miã: qñ hõ ex timore
quẽ habet vndiq; .ſ.
ex morte/ex iudicio/ex
iferno anxiat̃. Phaſ/
ſur etiã hieremiã po/
nit i neruũ: q: ex pauo
re illo aggredit̃ artam
penitẽtiã: ſ illuſceſcẽte
craſtino i morte.i. recedẽte nocte oĩs miſerie ⁊ penalitat̃ edu/
cit̃ hõ. Eſa.lj.d. Venient q̃ redẽpti fuerit i ſiõ: ⁊ leticia ſẽpitna
Ps.115. ſup capita eoꝝ: Qñ dicet q̃libet iuſt⁹: Diruꝑiſti dñe vincula
mea.

Et dixit hieremias ꝓpha ad
a ananiã ꝓphetã: Audi ana/
b nia: Nõ miſit te dñs: ⁊ tu cõ
fidere feciſti ppl̃m iſtũ in mẽ
dacio. Idcirco hec dic̃ dñs:
d Ecce ego mittã te a facie ter
re: hoc anno morieris: ad/
uerſum eñ dñm locut⁹ es.
f Et mortu⁹ eſt ananias ꝓphe
g ta i anno illo/ mẽſe ſeptimo.

Cap. XXIX.

h Et hec ſunt verba libri q̃ mi/
ſit hieremias ꝓpheta
i de hierl̃m ad reliq̃as ſenioꝝ
trãſmigratiõis ⁊ ad ſacerdo
tes ⁊ ad ꝓphetas et ad oẽm
ppl̃m quẽ traduxerat nabu/
chodonoſor de hierl̃m i ba/
k bylonẽ/ poſtq; egreſſus ẽ ie/
l chonias rex/ et dña ⁊ eunu/
chi ⁊ ꝓncipes iuda ⁊ hierl̃m
m ⁊ faber et incluſor de hierl̃m
n in manu elaſa filij ſaphan et
gamalie filij helchie quos mi
ſit ſedechias rex iuda ad na
buchodonoſor regẽ babylo
nis in babylonẽ dicẽs. Hec
dicit dñs exercituũ de⁹ iſrl̃
oĩi trãſmigratiõi quã trãſ/
tuli de hierl̃m in babylonẽ:
o Edificate domos et habita/
p te: ⁊ plãtate hortos ⁊ come/
dite fructum eorũ: Accipite
vxores ⁊ generate filios ⁊ fi
lias: ⁊ date filijs vr̃is vxores
et filias veſtras date viris:

a Audi anania. Pri⁹ noiauit eũ ſepe ꝓphã: nõ q: vere
eſſet/cũ ex ore dei nõ loq̃ret/ ſ q: a ppl̃o ſic putabat̃: Nũc au
tẽ nõ eũ ꝓphetã noiat: quẽ a dño miſſum negat. b Nõ mi
ſit te dñs. Ecce q̃ pꝰs tacuit anteq̃ reuelatũ erat ei qd loq̃ret̃:
modo audact̃ eũ arguit et ex reuelatiõe dñi fit loq̃ns. c Et
tu ꝯfidere feciſti ppl̃m iſtũ in mẽdacio/ ne acq̃eſcerẽt
ſentẽtie dñi: qd ⁊ ꝯfitet̃ ipſe ppl̃s/ Eſa.xxviij.d. Poſuimus
mẽdaciũ ſpem nr̃am. Dixerũt eñ: ꝑcuſſim⁹ fedus cũ morte:
flagellũ inũdãs cũ trãſierit nõ veniet ſup nos. d Ecce ego
mittã te a facie terre: q: morieris: ⁊ ſic nõ eris ſup terrã. Al̃
Mittã ⁊c.ſ. i filijs ⁊ amicis tuis. e A facie terre/ ꝓmiſſiõis.
f Et mortu⁹ ẽ ⁊c. Quõ ĝ iugũ nabuchodonoſor venit ſup
ipm ſm hieremie ꝓphetiã? Sol. Quia venit ſup filios ⁊ ami/
cos ſuos. g Menſe ſeptimo: et ita nõ ſupuixit niſi trib⁹
mẽſibus: q: mẽſe q̃rto hoc ei dictũ eſt. In hoc aũt ꝙ dñs hic
minat̃ mortẽ/reputat eã eſſe ſuppliciũ. Qd eſt ꝯ hereticos di/
centes/poſt mortẽ ampli⁹ hoĩes nõ reuerſuros ad ſua corpa
Ps.141. nec in eis puniri: Juxta illud: Educ de carcere animam meã.
Et ideo dicebãt hũc eſſe mortuũ mẽſe ſeptimo: q: ſeptimus
mẽſis ſicut ⁊ ſeptim⁹ dies requiẽ antiq̃tus figurabat: Juxta
etiã illd Eccl.xxij.b. Modicũ plora ſup mortuũ/ qm̃ req̃euit:
q̃ ꝯdẽnant̃ ꝑ hãc dñi cõminationẽ.

Expoſi. Ca. XXIX.

Et hec ſunt verba. In h̃ capl̃o cõtinet̃ ep̃la quã
miſit hieremias de hierl̃m in babylonẽ. Et diuidit̃ h̃
capl̃m in ſeptẽ ꝑtes. Primo a quo/ ⁊ ad quos/ ⁊ ꝑ q̃s
nũcios hec ep̃la miſſa ſit determinat̃. Scdo ꝓpha monet eos
vt edificẽt ⁊ plantẽt ⁊ vxores ducãt in terra captiuitatis ſue:
nec iſta facere dimittãt ſub ſpe redeũdi i terrã ſue natiuitatis:
ibi: Hec dicit dñs. Tertio monet eos ne credant pſeudo
ꝓphetis q̃ eos in ꝓximo rediturꝯ aſſerebant: ibi: Nõ vos
ſeducãt. Quarto ne oĩo de reditu deſperarẽt/ tẽp⁹ captiui/
tatis eoꝝ ꝑ ſeptuaginta annos duraturũ: ⁊ poſtea viſitãdos ⁊
reuerſuros i terrã ſuã ꝑdicit: ibi: Quia hec dic̃ dñs. Quĩto
etiã in ꝯſideratiõnẽ eoꝝ q̃ trãſmigrauerãt/ captiuitatẽ tam re
gis/q; ppl̃i iudeoꝝ q̃ i hierl̃m remãſerãt ꝓximo futurã oñdit:
ibi: Quia hec dic̃ dñs ad regẽ. Sexto duoꝝ ꝓphaꝝ q̃s
noiat q̃ ppl̃m in captiuitate poſitũ ſeducebãt/ ⁊ in vxores ami
coꝝ ſuoꝝ mechabant̃ determinat penã: ibi: Hec dicit dñs
exercituũ. Septimo ꝯtra ſemeiã ſermonẽ dirigit ei⁹ culpã
⁊ penã exprimens/ pro eo.ſ. ꝙ de babylone in hierl̃m lr̃as cõ
tra ipm hieremiã miſerat ad oẽs ſacerdotes hierl̃m: vt tanq̃
arrepticiũ ⁊ mẽdacie ꝓphetãtẽ: vinctũ catenis tenerẽt: ibi: Et
ad ſemeiã. h Et hec ſũt vba ⁊c. Miſit ꝑ nũcios reg̃
vt ſic opus ſuũ maiori dignitate ꝯfirmaret. i Ad reliq̃as
ſenioꝝ trãſmigra/
tionis ⁊c. q̃ oẽs cũ
iechonia ⁊ matre eius
trãſlati fuert̃ ad nabu
chodonoſor. k Poſt
q̃: q̃ſi hec miſſio fuit:
poſtq̃ egreſſus ẽ
iechonias rex: q̃ſi
ꝓpa volũtate: quã ꝯ/
formauit diuine volũ/
tati/ nõ violẽter tract⁹
vt ſedechias cũ ſuis. B
l Et domina ⁊c.i.
mater ei⁹ ſiue regina.
m Incluſor.ſ. ge/
mmaꝝ in auro/ vel ci/
uitatũ muris. Miſit
inquã: n In ma/
nu ⁊c. quos miſit
ſedechias ⁊c. qua/
ſi ꝑ nuncios regis hec
miſſio facta eſt: quia
forte proprios nunci/
os mittere non po/
terat. Cũ vidiſſet eñ ſedechias ipletũ qd ꝑdixerat hieremi/
as de morte ananie/ valde timuit: ⁊ ꝑ nũcios ſuos miſit in ba
bylonẽ tributũ qd ꝑus negare voluit decept⁹ ab anania: ⁊ ꝑ il
los nũcios miſit hieremias lr̃as ſuas. In hoc aũt notat̃/ q̃tũ
deſideriũ habuit exhortãdi ppl̃m ſuũ ad bonũ: q̃ ad eos lr̃as
mittit: ad q̃s ire nõ poterat. Sic ⁊ fecit.j.xxxvj.b. vbi dixit
ad baruch: Ego clauſus ſum: nõ valeo igredi domũ dñi: In
gredere ĝ tu ⁊ lege de volumine in quo ſcripſiſti ex ore meo
vba dñi. Sic ⁊ paul⁹ ſepe ad abſentes ſcribebat ep̃las. Quid
ergo erit de ꝓlatis: q̃ cũ ſint liberi vacãt ocio: Cũ eñ nec euã
gelio obedire velint: quõ ꝓ illo ſe vinciri vl̃ detineri paterẽt̃:
Eph.iiij.a. Obſecro vos ego vinct⁹ in dño. o Edificate
domos ⁊ habitate ⁊c. q̃ſi ſitis in pace i illa terra in q̃ trãſ
migraſtis: q: ibi diu mãſuri eſtis: ibi etiã mlti plicabimini nu/
mero per filioꝝ

Myſtice. o Edificate domos ⁊c. Prelati debẽt edifi/ Myſtice
care domos ꝯſciẽtiaꝝ ꝓpriaꝝ. Eccs.ij.a. Edificaui mihi do/
mos. Hoc dic̃ ꝯ illos q̃ aliꝗs edificãt: ſ ſibi nõ faciũt niſi de/
ſtruere. Prouerb.ix.a. Sapiẽtia edificauit ſibi domũ. Pro/
uerb.xiiij.a. Sapiẽs mlier edificat domũ ſuã: iſipiẽs extru/
ctã q̃z manib⁹ deſtruet. Prouer.xxiiij.a. Sapiẽtia edificabit̃
dom⁹ ⁊ roborabit̃ prudẽtia. p Plãtate hortos/ eccleſiaꝝ
ſ. in eccleſijs bonas ꝑſonas ꝯſtituite. Eccs.ij.a. Feci hortos ⁊
pomeria ⁊ cõſeui cũcti generis arborib⁹. Cũcti generis dic̃/ ꝯ il/
los q̃ tm̃ ibi volũt plãtare amicos/ vl̃ parẽtes/ vl̃ fulẽtes ſuos.
Hec dom⁹ ⁊ horti debẽt edificari ſup firmã petrã: vt dr̃ Mat/
th.vij.d. Vel virtutes dicunt̃ ⁊ dom⁹ et horti. Dom⁹ inq̃tum
nos cuſtodiũt a fulguribus ⁊ pluuijs tẽptationũ vel pctõꝝ.
Horti inq̃ntũ paſcũt hoĩem interiorẽ. Dicunt̃ autẽ vxores
inq̃ntũ fecũdant hoĩem ſpũalit̃. Filij ⁊ filie eoꝝ dicunt̃ opa
cõtemplatiue/ ⁊ opa actiue. Et hoc eſt: Accipite vxores
⁊ generate filios ⁊c. Vel vxor ẽ ſapiẽtia. Vñ Sap.viij.a
Hanc q̃ſiui mihi ſpõſã aſſumere. Per quã generãt filij ⁊ filie
ſpũales.ſ. in ꝑdicatiõe: ſm illud.j. Cor.iiij.d. Per euãgeliũ
ego vos genui. Multi accipiũt vxores.i. ſciẽtiã dñi habẽt vl̃
parrochias in curã aĩaꝝ: ſed nõ ſuſcitãt fratri ſuo mortuo.i.
chriſto ſemẽ/ ſm ꝑceptũ dñi/ Deut.xxv.b. Ipſe eñ nõ ꝯfun/
dit̃ nos vocare fratres: vt dicitur Heb.ij.c. ſed magis cũ ona
ſemẽ effundunt in terrã: Gen.xxxviij.b. quia totũ ſenſum in
tpalib⁹ effundũt: vel curas aĩaꝝ ad fructũ tpaliũ ꝯuertũt: qd
ẽ de vinea naboth facere hortũ oleꝝ: qd fecit achab.iij. Reg.
xxj.a. Sed quõ dñs ꝑcipit nob edificare et plãtare ⁊ accipe
virtutes/ cũ carꝰ

g mero ꝓ filioꝝ generationē/ ⁊ q̄ratis ꝓ poſſe vr̄o terre illꝰ pa/
Ps.121. cē. a Et orate ꝓ ea ad dn̄m. Ps̄. Rogate q̄ ad pacem
ſunt hierl̄m: Quia ⁊ ap̄ls p̄cipit. j. Timoth. ij. a. fieri obſe/
cratiōes ⁊ poſtulationes pro regibꝰ ⁊ omībꝰ hoībus. Quia
in pace illius erit pax vobis.

⁊ pariāt filios ⁊ filias: ⁊ mul
tiplicabimī ibi: et nolite eſſe
pauci nūero: ⁊ q̄rite pacē ci/
uitatis ad quā tranſmigrare
a voſ feci: ⁊ orāte ꝓ ea ad dn̄z:
q2 ī pace illꝰ erit pax † vobis.
Hec ei dic̄ dn̄ſ exercituū deꝰ
b iſrl̄. Nō vos ſeducant ꝓphe
c vr̄i q̄ ſunt in medio vr̄m: ēt di
uini vr̄i: ⁊ ne attēdatis ad ſom
d nia vr̄a q̄ vos ſōniatis: q2 fāl
ſo ipi ꝓphetāt vobis in noīe
meo/ ⁊ nō miſi eos dic̄ dn̄s.
e Quiā hec dic̄ dn̄s: Cū cepe
rint ipleri in babylōe ſeptua
ginta āni/ viſitabo vos: ⁊ ſu/
ſcitabo ſup vos v̄bū meū bo
f nū: vt reducā vos ad locū
g iſtū. Egō eñ ſcio cogitatio/
nes q̄s ego cogito ſup vos:
b ait dn̄s: cogitationes pacis
i k ēt nō afflictiōis: vt dēm vob
l m finē/ ⁊ patiētiā: ēt inuocabitis
n o me/ ēt ibitis/ ⁊ ādorabitis me:
⁊ exaudiā vos. Queretis me
p ⁊ inuenietis: cū q̄ſieritis me
q ī toto corde vr̄o: ⁊ inueniar a
vobis ait dn̄s. Et reducā ca
r ptiuitatē vr̄am: ēt cōgrega/
bo vos de vniuerſis gētibꝰ:
⁊ de cūctis locis ad q̄ expuli
vos dic̄ dn̄s. Et reuerti vos
faciā de loco ad quē trāſmi/
s grare voſ feci: q2 dixiſtis: ſuſci
tabit nob̄ dn̄s ꝓphas ī baby
t lōe. Q2 hec dic̄ dn̄s ād regē
q̄ ſedet ſup ſoliū dauid: ⁊ ad
v oēm ꝑplm hitātorē vrb̄ huiꝰ

Myſtice. Virtutes/ cū earꝫ infuſio
nō ſit niſi a deo: q2 dic̄
Augꝰ. q̄ eas deꝰ in no
bis īfūdit ſine nobis.
Solō. Virtutes edi/
ficamꝰ nō cooperādo
earꝫ infuſioni/ ſed ope
Al. † veſtra rādo. Quia ḡ oportet
p̄latos generare/ vel
opa bona in ſe/ vl̄ fili/
os ſpūales: Ideo p̄ci
pit Deut. xxiij. a. Nō
intrabit eunuchꝰ ampu
tatis vel attritis teſti/
culis vel abſciſo vere
14.c. et. 23.d. tro eccleſiā dei. Et no
27.c. ta q̄ iſtis in terra alie/
C na exiſtentibus dicit:
Paral. 26.d Accipite vxores:
1. Eſdre. 1. a. ſ aliud dr̄ habitātibꝰ
8. 25. c. in hierl̄m: q̄bus ſub ꝑ/
ſona hieremie p̄cipit.
ſ. xvj. a. ne vxores
accipiāt: quia vt dicit
Gregꝰ: pro qualitate
audiētiū debet formari ſmo doctoꝝ: Sepe eñ alijs officiūt
q̄ alijs ꝓſūt. Leuis eñ ſibilꝰ q̄ eq̄s nutrigat/ alia aīalia īſtigat.
a Et orate ꝓ ea: ⁊ tñ hitatores terre illꝰ erāt īimici iude/
oꝝ: In q̄ inuit q̄ tenemꝰ diligere īimicos nr̄os: ⁊ q̄rere pacē
cū eis. b Nō vos ſeducāt ꝓphe ⁊c̄. ſ. pſeudo: q̄ꝝ multi
habitabāt int̄ iudeos q̄ babylonē trāſmigrauerāt. Vñ ezechi
el eos arguit: Ezech. xiij. Anteq̄ꝫ eñ ille inciperet ꝓphare: illi
ibi erāt. c Et diuini vr̄i ⁊c̄. Eccli. xxxiiij. a. Diuinatio erro
ris/ ⁊ auguria/ ⁊ medacia/ ⁊ ſomnia malefacientiū vanitas eſt.
Ibidē. Somnia extollūt ip̄rudētes. Eccs. v. a. Multas curas
ſequunt̄ ſōnia: ⁊ ī multis ſmōibꝰ iuenit̄ ſtulticia. d Quia
falſo ⁊c̄. ⁊ nō miſi eos. ſ. xxiij. d. Nō mittebā ꝓphas ⁊ ipſi
currebāt: nō loq̄bar ad eos ⁊ ipſi ꝓphetabāt. Ro. x. c. Quō
p̄dicabūt niſi mittāt̄: Tales etiā ſūt heretici: q̄ a deo nō mit/
tunt̄: nec ſenſū eiꝰ in ſcriptura ſequūt̄: ſ ſomno erroꝛis depſſi
nō vidēt v̄itatē. Et diuini dicunt̄: q2 incerta ⁊ a rōnē mētis ſue
tm̄ ꝯiecturata/ euāgelia eſſe dicūt. Ezech. xiij. a. Qui ſequūt̄
ſpm̄ ſuū/ ⁊ nihil vidēt. e Quia hec dicit dn̄s: cū cepe
rint ⁊c̄. q̄ſi nolite credere falſis ꝓphetis q̄ dicūt reditū vr̄m de
babylōe in hierl̄m vicinū eſſe: Anteq̄ꝫ eñ redeatis p̄us expleti
erūt ſeptuaginta anni. Quo facto dedit cyrꝰ licētiā iudeis re/
deundi. f Et reducā vos ad locū iſtū. ſ. hierl̄m. Sic
Myſtice myſtice de celeſti hierl̄m ꝑ inobediētiā ade educti ſumꝰ: ſ ꝑ
gratiā ſeptiformē datā nob̄ ꝑ ſecūdū adā reuertemꝰ ī ſeptima
etate ꝑ obſuationē decalogi/ ſiue eiꝰ obedientiā. Jō dic̄ Ps̄.
Ps.89. Dies ānoꝝ nr̄oꝝ ī ipſis ſeptuaginta āni. Jñ ē q̄ ſeptuageſimā
celebramꝰ q̄ſi tēpꝰ nr̄e ꝑegrinatiōis: q̄ durat vſq̄ ad ſabbatū
in albis qd̄ ē ī octauis paſche. Tūc eñ duplex all'a cātat̄: in
ſignū duplicis ſtole: quā recepturi ſumꝰ ī octaua reſurrectiōis
generalis. In ſabbato aūt añ. ſ. ī vigilia paſche nō celebrat̄ niſi
vnū all'a: ⁊ cū tractu/ ⁊ ꝑ ſeptimanā ſeq̄ntē cū r̄nſorio: ad innu
endā ſeptimā etatē: in q̄ adhuc ñ ē ꝑfecta q̄es: q̄ ⁊ deſignat̄ ꝑ
ſeptē annos/ q̄bꝰ añ reuerſionē generalē iudeoꝝ data fuit eis
licētia redeūdi: q̄ data ñ ſtatim potuerūt redire: ſ ī illis ſeptē
annis p̄parauerūt ſe. Vñ dicit Hiero. datā eſſe illā licentiā
ī ſeptimo āno ſeptime decadis. i. ſeptē ānis añ ſeptimā deca/
dē. i. añ cōpletionē decies ſeptē ānoꝝ/ ſiue ſeptuaginta annoꝝ.
1. Reg. 2. a. Ecce patet q̄ dn̄s mortificat ⁊ viuificat: deducit ad iferos ⁊
reducit: q2 iſtos captiuauit/ ⁊ poſt liberauit. Ipſe eñ vulnerat
Abacuk. 3. a. ⁊ medet̄: ꝑcutit/ ⁊ manꝰ eiꝰ ſanabūt: vt dr̄ Job. v. c. Quia cū
Ps.76. iratꝰ fuerit miſcōie recordabit̄: nec ꝯtinebit ī ira ſua miſcōias
ſuas. g Ego eñ ſcio cogitatiōes ⁊c̄. q̄ſi ñ aliꝰ: q2 ſolꝰ
dei ē cognoſcere futura. h Cogitatiōes pacis. i. liberatiōis
vr̄e. i Et nō afflictōis: ꝑpetue. Sic ⁊ filius q̄ fuit cogita/
tio pacis eterne/ patris: vt dicit Bern̄. factus eſt pacificꝰ. i.
auctor ipſius pacis in vtero matris. Ipſe eſt eñ pax nr̄a: vt
dr̄ Eph. ij. c. ſ. recōci/
liās nos ſuo p̄ri. Vñ
j. Timoth. ij. b. Me/
diator dei ⁊ hoīm/ hō
chriſtꝰ ieſus. Recōcili
ans etiā nos āgelis: q̄
offenſi nob̄ erāt offen/ Al. † vinctis et orabitis
ſo ꝯtra nos ſuo creato
re. Vñ dixerūt angeli
In terra pax hoībus † Luc. 2. b.
bone volūtatis. Recō/
ciliās etiā iudeos gen
B
tilibus: q̄ inter ſe ꝯtra
rij erant: q2 illi plures
deos adorabāt: iſti ce
rimonias vni deo exhi
bebāt: Sed chriſtꝰ fec̄
vtrūq̄ꝫ vnū: q̄ñ ⁊ ido/
latriā eliminauit ꝑ do
ctrine ſue diſſemiatio/
nē: ⁊ cerimoniarū vm
bras ceſſare fecit ꝑ ve/
ritatis exhibitionē/ eos
cōiungēs in vnitate fi
dei. k Ut dem vo
bis finē. i. captiuitatis terminationē laboꝝ p̄ſentiū. l Et
patientiā: quā ſuſtineatis añ illū finē: vl̄ futuroꝝ p̄mioꝝ ſe/
curā ⁊ lōganimē expectationē. Jaco. vlt. c. Patiētiā iob au/
diſtis: ⁊ finē dn̄i vidiſtis. m Et inuocabitis me/ ore. n
Et ibitis/ ope. o Et adorabitis me/ mētis deuotiōe. q. d.
vt h̄ ꝓmiſſa mereamini/ pſeuerate ī oris orōne: ⁊ mētis deuo/
tiōne: ⁊ aſſidua opatiōe. Johel. ij. g. Oīs q̄ īuocauerit nomē
dn̄i ſaluꝰ erit. Vel/ Ibitis/ ad l̄ram ī hierl̄m. p Et inuenietis:
cū q̄ſieritis me ī toto corde vr̄o. Eſa. lv. b. Querite dn̄m
dū inueniri pōt. Luc. xj. b. Oīs q̄ q̄rit inuenit ⁊c̄. Per bona opa
q̄rit̄ dn̄s: ⁊ ꝑ gratiā inuenit̄ h̄: ⁊ ꝑ gloriā in futuro. Sed q̄ di/
midio corde q̄rūt nō inueniūt: q2 duplices ſūt. Jaco. j. a. Qui
heſitat ſilis ē fluctui maris q̄ a vēto mouet̄. Nō ergo ⁊c̄. Eccli.
ij. c. Ve ingrediēti trā duabꝰ vijs. Ps̄. Clamaui ī toto corde Ps.118.
meo exaudi me dn̄e: Q2 vt dic̄ Augꝰ: mēs diuiſa nō ipetrat.
ij. Reg. vij. d. Inuenit ſuus tuꝰ cor ſuū vt oraret te. ij. Pa/
ral. xx. a. Joſaphat timore ꝑterritꝰ totū ſe ꝯtulit ad rogandū
dn̄m. q Et inueniar a vob̄. Hoc dixit dn̄s eis q̄ ī tribula/
tione captiuitatis erāt ꝯſtituti. In delitijs eñ nō inuenit̄ dn̄s.
Vñ Job. xxviij. b. Sapiētia nō iuenit̄ in t̄ra ſuauit̄ viuentiū. Ps.76.
Ps̄. In mari via tua. Cañ. iij. a. In lectulo meo ꝑ noctē q̄ſi/
ui quē diligit aīa mea: q̄ſi ī ꝯtēplatiōe q̄ magis abūdat ī tribu/
latiōe. Sꝫ dr̄ Oſee. v. b. In gregibꝰ ſuis ⁊ armētis ibūt ad q̄rē
dū dn̄m ⁊ nō iueniēt. r Et ꝯgregabo vos ⁊c̄. Sic ī fine
ꝯgregabit diſꝑſiōes iſrl̄. Vñ Ezech. xxxiiij. c. Viſitabo oues
meas: ⁊ liberabo eas de oībꝰ locis in q̄bꝰ diſꝑſe fuerāt in die
nubis ⁊ caliginis: ⁊ educā eas de t̄ris: ⁊ inducā ī terrā ſuā: et
paſcā eas in mōtibꝰ iſrl̄. s Quia dixiſtis: ſuſcitabit ⁊c̄
q̄ſi iō dixi vobis certū tēpꝰ reductiōis future: ne crederetis ꝓ/
phetis falſis: Quia citiꝰ rediretis/ dixiſtis: q2 fruſtra decipimi/
ni putātes vos habere ꝓphetas hec dicētes. Ut aūt nō creda
tis eis. ſ. q̄ ſtatim redeatis de terra illa: ſed magis vos debere
ibi edificare domos ⁊ generare filios: in ſignū q̄ diu eritis ibi:
t Quia hec dic̄ dn̄s ad regē. ſ. ſedechiā: q̄ ſedet ſup
ſoliū dauid ⁊c̄. q̄ſi q̄ mō regnat ī pace in hierl̄m credēs ſe
diu ibi manere. Premittit aūt/ Q2: ⁊ ſic bis dic̄ Q2/ añq̄ꝫ ſub/
iūgat cauſatū illꝰ cauſe: q̄ ſignificat̄ ꝑ Q2: vt ſic notet̄ duplex
cauſa dicendi a dn̄o. ſ. ꝓpter eius inſpirationē in ꝓphetis ve/
ris: ⁊ ꝓpter meritū maloꝝ/ ꝓpter qd̄ debeat fieri cōminatio.
v Habitatorē vrbis. Myſtice: Habitator ē malꝰ ī hoc Myſtice
mūdo: ſed iuſtus eſt ꝑegrinus. Ps̄. Incola ego ſum in terra. Ps.118.

ꝟ a Ecce mittã in eos gladiũ ꝛ famẽ ꝛ peſtẽ: vt qui no luerũt euadere catenã ligneam / nõ poſſint effugere ferreã. b Et ponã eos q̃ſi ficus malas ꝛc̃. Alia lr̃a: ficus nouiſſimas. Hoc dicit̃ ad differẽtiã illaꝝ bonaꝝ q̃ erãt i calatho / vno qui habet ficus bonas valde / vt ſolẽt eſſe ficus ꝑmi tẽporis .i. primitiuę. Ut em̃ .s. habitũ eſt .xxiiij. calathus ficus bonas habens erat iechonias cum ceteris qui tranſmigrauerãt: calathus autẽ habẽs ficus malas / erat ſedechias cũ ceteris q̃ violenter captiuati ſunt. c Et pſequar eos ꝛc̃. qui i hierl'z remãſerũt. d Et dabo eos in vexationẽ ꝛc̃. q2 i illa captiuitate requiẽ nõ habebunt / vt pacifice poſſint ędificare ꝛ generare: vt illi q̃ trãſmigrauerãt. Sic pctõribꝰ i babylõe mũdi manentibꝰ nõ ẽ requies. Uñ Eſa. lvij. d. Non eſt pax ipijs. Threñ. j. a. Migrauit iuda ꝑpter afflictionẽ ꝛc̃. e In maledictionẽ ꝛ in ſtuporẽ ꝛc̃. q̃ſi oẽs alię gentes ſtupebũt pręmagnitudine deſtructionis iudęoꝝ. f Ad q̃s ego eieci eos .i. eijciã. Uel dicit / In maledictionem ꝛ in ſtuporẽ: quo ad quoſdam / licz paucos: qui forte poterunt euadere gladium nabuchodonoſor: ꝛ iſti non remanebunt in hieruſalem / ſed fugient ad alias nationes: vbi in opprobrium habebuntur ab omnibus: ſcd̃m illam maledictionem / Oſee. ix. d. Et erunt vagi in nationibꝰ. g De nocte conſurgens: vt ſic nunq̃ ceſſarem eis loqui: ꝛ eos amonere .ſ. per prophetas. h Et mittens et et nõ audiſtis .ſ. v̾ba mea ꝑ illos. i Uos ergo .ſ. q̃ meę obediſtis ſentẽtię: vt vos ſpõte traderetis trãſmigrationi. k Audite verbũ dñi ꝛc̃. q̃d dicturꝰ ſum .ſ. de v̾ra liberatione / ꝛ de pſeudo ꝓphetaꝝ deſtructiõe: qui vos ſeducere voluerũt: q̃bꝰ crediderũt illi q̃ in hierl'm remãſerũt. l Ad achab filiũ chulię ꝛ ad ſedechiã filiũ maaſię. Dicũt hebrei iſtos duos eſſe illos duos preſbyteros: de quibus Daniel. xiij. quos arguit daniel: qui exarſerũt in concupiſcẽtiã ſuſannę: qui ꝛ erant cõſtituti iudices tunc tẽporis: a q̃bus / vt ibi dicit̃ / egreſſa eſt iniq̃tas. m Qui ꝓphetãt vobis in nomine meo mẽdaciter. Ut em̃ dicunt hebrei / iſti dicebant mulierculis ſui tẽporis ſe eſſe de tribu iuda: ꝛ ideo chriſtũ eſſe naſciturũ de ſemine eoꝝ: ꝛ ſic mulieres alliciebãt ad concupiſcentiã / vt ſic futurę eſſent matres chriſti. n Quos frixit rex babylonis in igne. Hoc videtur cõtra Daniel. xiij. vbi dicuntur fuiſſe lapidati a ꝑp'o. Solutio. Ignis ſcd̃m morem ſcripturę ſignificat pęnã grauiſſimã: ſic ꝛ rex cõfuſionis ſcz diabolꝰ / męchos frigit igne luxurię. Job. xxxj. b. Ignis ẽ vſq3 ad cõſumptionẽ deuorãs. Oſee. vij. a. Oẽs adulterãtes q̃ſi clibanꝰ ſuccẽſus a coquente. Quantũ aũt ad lr̃am q̄ dicit̃ eos frixiſſe nabuchodonoſor / nõ ẽ cõtrariũ illi qd̃ dr̃ Daniel. xiij. q̄ daniel eos ibi condemnauit. Uerũ em̃ ẽ q̄ ipſe cõuicit eos de mẽdacio / ꝛ de iniuſta innocẽtis ꝯdẽnatione: ſed ſentẽtia ꝯtra eos data eſt a nabuchodonoſor. Nec ẽ credendũ ſcd̃m Hiero. etiã q̄ ꝑmitteretur in babylone iudęis ibi captiuatis lapidare aliquẽ: Uñ illud totũ qd̃ dicitur in Daniele. xiij. dicũt hebrei eſſe falſũ: ꝛ magis eſſe credẽdũ hieremię hic / dicẽti eos interfectos a nabuchodonoſor: Ita dic̃ Hiero. Ex his dicit̃ aſſumi maledictio .i. forma malediciõis: vt dicat̃ oibus malefactoribꝰ: Sic ꝯtingat vobis: vt contigit iſtis. o Et męchati ſũt i vxores amicoꝝ ſuoꝝ .ſ. primorum ſuoꝝ iudęoꝝ. p Et locuti ſunt verbũ i noĩe meo mẽdaciter .ſ. cito de babylone reuerſuroſ eſſe iudęos in hierl'm. q Ego ſũ iudex ꝛ teſtis: q̃ſi h̾ bñ ſcio ꝛ vindicabo: q2 ſũ iudex ꝛ teſtis: q2 nemo põt a me celare / cũ oĩa ſciam / ꝛ ita teſtis ſũ: nec alius q̃ ego iudicare poteſt q̃ ſolꝰ ſcio v̾itatẽ ꝛ habeo iudicij auctoritatẽ. Uñ Deut. j. c. Iudicium dñi eſt. Et in iudicio ipſe ſolꝰ erit teſtis: q2 ei patebũt ꝯſciẽtię oim ꝛ cogitationes ꝛ opa / q̃ oĩa iudicabit nõ recipiẽs aliquã excuſationẽ: nec ꝑces nec dona plurima ꝓ redẽptione: vt dicit̃ Prouerb. vj. d. Unde Malach. iij. b. Accedã ad vos in iudicio: ꝛ ero teſtis velox maleficis / et adulteris ꝛ piuris / ꝛ q̃ calũniãt̃ mercedẽ mercẽnarij / ꝛ humiliãt pupilloſ et viduas / ꝛ opprimũt ꝑegrinũ / nec timuerũt me. r Et ad ſemeiã neelamitẽ: q̃ ſimiliter erat pſeudo ꝓpheta / dicẽs in babylõe captiuis q̄ cito reuerſuri eſſẽt in hierl'm. s Dicẽs o tu ꝓpheta: vl' o tu hieremia. t Pro eo q̄ miſiſti in noĩe tuo libros .i. lr̃as. Quia em̃ hieremias ad eos q̃ trãſmigrauerãt miſerat lr̃as in babylonẽ: vt .ſ. ędificarẽt ꝛ plãtarẽt ꝛ generarẽt: ꝛ dixerat eis q̄ nõ crederẽt pſeudo ꝓphetis ꝛ diuinis ꝓphetãtibus mendaciũ in noĩe dñi: intelligens ſemeias noĩe pſeudo ꝓphetę / ſe vocatũ eſſe a hieremia: miſit ſemeias ꝑ nuncios ꝑdictos de babylone redeuntes: v Libros .i. lr̃as ex ꝑte pſeudo ꝓphetaꝝ. x Ad oẽm pplm ꝛc̃. pro ioiade: q̃ſi cũ deberes imitari: vt iterficeres hieremiã falſa ꝛ vana ꝑdicantẽ. Sacerdotũ em̃ eſt diſcernere quo ſpũ q̃ſq3 ꝓphetet. Uñ. y Et nũc q̃re nõ increpaſti ꝛc̃. cũ videat̃ habere ſpiritũ phytonicũ: ſiue etiã arrepticiũ / dicendo tot falſa: ꝛ ſic pplm dei exaſperãdo. Hoc em̃ ꝑtinet diſcernere ad ſacerdoteſ q̃ꝝ ẽ ſcire legẽ ꝛ eã docere. Eis em̃ dr̃ illõ. j. Joh. iiij. a. Probate ſpũs ſi ex deo ſint. Et ibi dic̃ Glo. i. ꝓbate ſi ſint ſpũales: ſi charitati innitent̃: q2 ſi h̾ faciãt .ſ. inniti charitati / ꝑ hoc diſcernit eos eẽ ſpũales. Uñ etiã ioiada iterꝑtat̃ dñi cognitio. Talis em̃ debet eſſe ſacerdos q̃ ſciẽtiã dei habet vl' eoꝝ q̃ ad deũ ꝑtinent. Uñ Aggei. ij. b. Interroga ſacerdotes legẽ. z Qui ꝓphetat vobis: q̃ſi mirũ eſt q̄ te audiente ꝓphetat ꝛ eum nõ increpas. Ideo autẽ dicit / pro ioiade: Iſte enim ioiada fuit ſacerdos: qui poſt interfectionẽ athalię: q̃ occiderat ſemẽ regiũ / tradidit regnũ ioas: ꝛ ſacerdotes baal interfecit. De quo habetur. iiij. Reg. xj. et. ij. Paral. xxiij. quaſi ergo diceret / in hac iuſticia debes eũ imitari. Moraliter. Tales ſunt qui quãdo timent ne accuſent̃ a bonis: vel quãdo

ꝟ a ¶ Ecce mittã in eos gladiũ [the text column follows:]

ꝛ ad fratres v̾os q̃ nõ ſunt egreſſi vobiſcũ in trãſmigrationẽ. Hęc dicit dñs exercituũ:
a Eccẽ mittã i eoſ gladiũ
b ꝛ famẽ ꝛ peſtẽ: ꝛ põnã eoſ q̃ſi ficus malas q̃ comedi nõ poſſũt eo q̄ peſſimę ſint: ꝛ ꝑ
c ſequãr eos in gladio ꝛ in fa
d me et in peſtilentia: et dãbo eos i vexationẽ vniuerſis re
e gnis terrę: in mãledictionẽ ꝛ in ſtuporẽ / ꝛ in ſibilũ / ꝛ in op
f probriũ cũctis gẽtibꝰ ãd q̃s ego eieci eos: eo q̄ nõ audierint v̾ba mea dic̃ dñs: q̃ miſi ad eos ꝑ ſeruos meos pro
g h phetas dẽ nocte ꝯſurgẽs ẽt mittẽſ ꝛ nõ audiſtiſ dic̃ dñs.
i k Uõs ergo ãudite verbũ dñi oĩs trãſmigratio quã emiſi de hierl'm i babylonẽ. Hęc
l dic̃ dñs exercituũ deꝰ iſrl' ãd achab filiũ chulię ꝛ ad ſedechiã filiũ maaſię q̃ ꝓphẽtãt
m
vob' in noĩe meo mẽdaciter. Ecce ego tradã eos i manu nabuchodonoſor regis babylonis: ꝛ ꝑcutiet eoſ in oculis veſtris: et aſſumet̃ ex eis maledictio oĩ trãſmigratiõi iudę q̃ eſt i babylõe dicẽtiũ: Ponat te dñs ſic̃ ſedechiã
n ꝛ ſicut achab q̃uos frixit rex babylõis in igne: ꝓ eo q̄ fe
o cerunt ſtulticiã i iſrl': ꝛ mẽchati ſunt in vxores amicoꝝ ſuo
p rũ: ꝛ lõcuti ſunt v̾bũ in noĩe meo mẽdaciter: qd̃ nõ mãdaui eis. Egõ ſum iudex ꝛ teſtis
q
r dic̃ dñs. Et ãd ſemeiã neela
s mitẽ dicẽs. Hęc dic̃ dñs ex
t ercituũ deus iſrl'. Prõ eo q̄
v miſiſti in nomine tuo librõs
x ãd oẽm pplm q̃ eſt in hierl'm ꝛ ad ſophoniã filiũ maaſię ſacerdotẽ: et ad vniuerſos ſacerdotes dicẽs: dñs dedit te ſacerdotẽ pro ioiade / vt ſis dux in domo dñi ſuꝑ oẽm virũ arrepticiũ et ꝓphetantẽ: vt mittas eum in neruũ et in
y carcerẽ. Et nũnc quare non increpaſti hieremiã anathotiten qũi prophetat vobis?
z

G etiã ab ipſis rephẽdũtur/accuſãt eos apd maiores: vt ſic ſepe prudẽtiores reputent filij tenebrarum filijs lucis in generatiõe ſua: vt dr Luc. xvi. b. a Quia ſup hoc miſit ad nos in babylonẽ. i. poſt illa q̃ dicit etiã vobis. b Longũ eſt vel/ longe ẽ. ſ. reditus: q2 dicit eos nõ reuerſuros in hierlm niſi completis ſeptuaginta annis: ⁊ ideo dicit: c Edificate domos ⁊ habitate et plãtate hortoſ: Ecce quõ iſte iraſcit: q2 aduerſuſ mẽdaciũ ſuũ hieremias loquit veritatẽ: ⁊ vult eũ recludi in carcerem. Quia Amos. v. c. Odio habuerũt corripientẽ in porta. Amos. vij. c. In bethel nõ adijcieſ vt pphetes: q2 ſctificatio regſ ẽ. d Legit ergo ſophonias: ad quẽ ſpecialiter lrẽ miſſe erãt. e In auribus hieremie pphe: ipſo facto increpãs: q̃re auderet i babylonẽ talia ſcribere. In aurib⁹: q̃ſi occulte dicẽs ei: ita dicit de te. Sic aliqui p̃lati q̃n

Al. ⁊ Longe

a Q̃uia ſup hoc miſit ad nos
b in babylonẽ dicẽs: ⁊ Lõgũ ẽ:
c edificãte domos ⁊ habitate:
⁊ plantate hortos ⁊ comedi/
d te fructus eorum. Lẽgit ergo ſo
phonias ſacerdos librũ iſtũ
e i aũribus hieremie pphete.
Et factũ eſt v̓bũ dñi ad hie/
remiã dicẽs: Mitte ad oẽm
trãſmigrationẽ dicẽs. Hec
f dicit dñs ãd ſemeiã neelami
tẽ: Pro eo q̃ pphetauit vo
bis ſemeiaſ: ⁊ ego nõ miſi eũ
⁊ fec̃ vos ↄfidere i mẽdacio:
Idcirco hec dic̃ dñs. Eccẽ
g ego viſitabo ſup ſemeiã nee/
lamiten ⁊ ſup ſemẽ ei⁹. Nõ
h ẽrit ei vir ſedẽs i medio ppli
i hui⁹: ẽt nõ videbit bonũ qd

volũt bonoſ ↄdẽnare: q2 timẽt ne vituperẽt ab alijſ/ dicũt eis occulte: ita dicit de te/ vel de vobis: certe mali eſtis ſi ita facitis. Uel in bono põt intelligi: q̃ q̃n audimus aliqd malũ de alio: non debem⁹ reuelare: ſed ei occulte q̃ſi in aure dicere vel ↄſulere: cauete vob: q2 ita dicit de vobis. Ecci. xix. b. Si ẽ tibi delictũ noli denudare: audiet em̃ te vt cuſtodiet te: ⁊ q̃ſi defendẽs pctm̃ odiet te. Ibidẽ. Audiſti verbũ aduerſus proximũ tuũ/ cõmoriat in te fidẽs q̃m nõ te dirũpet. f Ad ſemeiã neelamitẽ. i. de ſemeia. g Ecce ego viſitabo ſup ſemeiã neelamitẽ. ſ. ſup diſcipulos ſuos quos ſuo errore decepit. Pſ. Semẽ impiorum peribit. Uñ. h Nõ erit ei vir ſedẽs ⁊c̃. vt q̃ nõ laborat cũ laborãtibus. ſ. cũ bonis iudeis q̃ laborãt in ſeruitio dñi in trãſmigratione ſua/ nõ quieſcat cũ q̃ieſcẽtib⁹: q̃n q̃eſcẽt in hierlm poſt reditũ ſuũ. Uñ. i Et nõ videbit bonũ qd ego faciã pplo meo. Simile. ẽ. xvij a. A dño recedit cor ei⁹: erit em̃ q̃ſi myrice in deſerto: ⁊ nõ videbit cũ venerit bonũ. Quare? k Quia p̃uaricationẽ locutus eſt aduerſus dñm: dicẽs iudeorum pctã iã eſſe remiſſa ⁊ captiuos ſtati eẽ reuerſuros: Sic p̃dicãteſ pacẽ vbi nõ erat pax ⁊ pmittẽtes regnũ ⁊ credẽtes regnare qb⁹ p̃dicebat carcer: qbus dicit paul⁹. i. Cor. iiij. b. Iã ſaturati eſtis: iã diuites facti eſtis: ſine nob regnatiſ: q̃ſi ſic crediſ: ⁊ vtinã regnetis vt ⁊ nos vobiſcũ regnemus. Expoſi. Ca. XXX.

Hoc v̓bũ qd factũ eſt. Prius egit hieremias de tẽporali liberatiõe iſrl̓ a captiuitate babylonica: Hic agit de ſpirituali liberatione iſrael: id eſt populi chriſtiani: ſm pphetica veritatẽ: Que q2 longo tpe poſt futura ẽ iubet in ſcriptũ redigi. Tamẽ quidã intelligũt hec q̃ hic dicũtur de liberatiõe iſrl̓ a captiuitate babylonica facta ſub zorobabel: quidã v̓o de liberatiõe iſrl̓ a diſpſiõe facta p romanos: q̃ in fine mũdi implebit ſm illos. Sed ſm nos chriſtianos oĩa iam ſunt impleta ſub chriſto ⁊ aplis eius. Si aũt ſeq̃mur iudeorum opinionẽ: licz falſa ſit: diuidit hoc caplm in q̃nq3 partes. Primo pphetat liberationẽ iſrl̓ de babylone: nõ q̃dẽ futurã infra bienniũ: vt p pſeudo prophetas dicebatur: ſed poſt ſeptuaginta annos. Scdm aũt nos prophetat liberationem iſrael a confuſione peccati: et a ſeruitute diaboli factam per chriſtũ ⁊ ei⁹ appoſtolos. Secũdo deſcribit magnitudinẽ doloris iſrl̓ adhuc in t̃ra ſua pre timore exercitus babylonici aduenientis vel in captiuitate iam ducti: ibi: Et hec verba q̃ locut⁹ eſt. Tertio promittit liberationẽ iſrl̓ a captiuitate babylonica/ vel a diſpſione romana: ibi: Et erit in die illa. Quarto deſcribit duritiã ⁊ ptinaciã peccatorum iſrael propter que meruit captiuari vel a chaldeis vl̓ a romanis: ibi: Inſanabilis fractura tua. Quinto prophetat iterum liberationẽ iſrael/ vel a captiuitate babylonica/ vel a diſperſiõe romana/ vel a ſeruitute diabolica: ibi: Propterea omnes qui comedunt te. Et nota q̃ alternatim pcedit hieremias: modo enim triſtia cõminatur/ que adhuc ſuſtinent: mõ leta pmittit/ q̃ in futuro percipiẽt.

A

ego faciã pplo meo/ ait dñs:
k quia p̃uaricationẽ locut⁹ eſt
aduerſus dñm. Ca. XXX.
l Hoc vẽrbũ qd factum
eſt ad hieremiã a do/
mino / dicens. Hec
dicit dominus deus iſrael:
m Scribẽ tibi oĩa verba que
locutus ſum ad te in libro.
Ecce enim dies veniũt dicit
n domin⁹: ẽt cõuertã cõuerſio
nem populi mei iſrael ⁊ iuda
ait dñs: et conuertã eos ad
terrã quã dedi patribus eo/
o rum ⁊ poſſidebũt eã. Et hẽc
verba que locutus eſt domi
p nus ãd iſrael et ad iudam.
Quoniã hec dicit domin⁹:
q Uõcem terroris audiuim⁹:

ti. ſ. iij. c. Dabo vob paſtoꝛes iux̄ coꝛ meū: ⁊ paſcēt vos ſciē/
tia fidei ⁊ doctrina moꝛū. S3 dr̄ Eſa. xiij. d. Paſtoꝛes nō re/
q̄ſcēt ibi: ſ magis ibi req̄eſcūt beſtie: q̄ gregē dñi dilacerāt.
Eſa. iij. c. Vos depaſti eſtis vineā meā. Per greges accubā/
tes i mōtuoſis ciuitatib⁹/ ſignificant illi de oꝛdine cartuſiēſiū
ꝓpt maioꝛē vite artationē. Per accubātes i ciuitatib⁹ cāpe/
ſtrib⁹/ ciſterciēſes. Per accubātes i ciuitatib⁹ q̄ ad auſtꝝ ſt/ oꝛ/
do nigroꝝ: q̄ quōdā in feruoꝛe ſpūſſancti tot oꝛdines multi/
plicabāt: S3 mō ille ardoꝛ cōuerſus ē in ardoꝛē cupiditat ⁊
ambitiōis. Per illos q̄ in trā beniamin/ q̄ fuit minoꝛ filius ia/
cob/ oꝛdo minoꝝ: q̄ circūeūt hierl'm ꝑ ꝑdicationē: ⁊ abnegātes
omnē ſiniſtrā ꝓſꝑitatē: tanq̃ ponētes leuā ſb capite: dextera
dñi eos amplexat. Per illos q̄ in ciuitatib⁹ iuda: oꝛdo ꝑdica/
toꝝ. De q̄b⁹ oīb⁹ Joh. x. c. Oues mee vocē meā audiūt: et
ego cognoſco eas. Et Ezech. xxxiiij. d. Ego paſcam oues
meas: ⁊ ego eas accubare faciā. Vł/ In mōtuoſis/ ꝑ vite emi
nētiā. In cāpeſtrib⁹/ ꝑ actiōis ⁊ laboꝝ ſollicitudinē. Ad auſtꝝ
per charitatis ⁊ cōpaſſiōis ardoꝛē. In trā beniamin/ ꝑ cōtē/
plationis deuotionem. In circūitu hieruſalem/ per toti⁹ ec/
cleſie ſollicitudinem. In iuda/ per iugem peccati ⁊ laudis cō/
feſſionem. m ¶Adhuc tranſibūt greges ad manum
numerātis. Tangit ꝯſuetudinē paſtoꝛalem: q̄ cū ad caulas
redeūt/ ꝑ oſtiolū faciūt gregē trāſire ſb manu ſua: ⁊ ſic eū nu/

merāt ne aliq̄d amiſerint: ſic dñs oēs apud ſe numerat. Ipſe
eñ cog'cit q̄ ſt ei⁹: q2 ſuos ſb certo numero aſcripſit i celo: vt
dr̄ Luc. x. c. Gaudete: q2 noīa vr̄a ſcꝛipta ſt i celis. Ps. Qui Ps. 146.
numerat multitudinē ſtellaꝝ: ⁊ oīb⁹ eis noīa vocās. Joh. x. c.
Ego cog'ſco oues meas. Sil'r q̄libet ꝑlat⁹ debet ſuas cog'ſce/

ciuitatib⁹ iuda/ adhuc trāſi/
m būt greges ad manū nume/
n rātis/ ait dñs. Ecce dies ve/
o niēt dic dñs: ⁊ ſuſcitābo ver/
p bū bonū qd̄ locut⁹ ſū ad do/
q mū iſrl'/ ⁊ ad domū iuda. In
r dieb⁹ illis ⁊ in tp̄e illo germi
s t nare faciā dauid germen iu/
v ſticie/ ⁊ faciet iudiciū ⁊ iuſti/
ciā i terra. In dieb⁹ illis ſal/
x uabit iuda: ⁊ iſrael habitabit
y cōfidēter. Et h̄ eſt nomē qd̄
z a vocabūt eū: dñs iuſt⁹ noſter.
b Quia hec dic dñs: Nō inte/
ribit de dauid vir q̄ ſedeat ſu
per thronū dom⁹ iſrl': ⁊ de ſa
cerdotibus/ ⁊ leuitl' nō inte/
ribit vir a facie mea q̄ offerat

re/ tanq̃ ꝑ eis rōnem
reddituri⁹ in die iudi/ ſ. 23. a.
cij. Dicet eñ ei i die
iudicij illud. ſ. xiij. d.
Vbi eſt grex q̄ datus
eſt tibi/ pec⁹ tuū incly/
tū: ſ. xxiij. a. Null⁹ q̄/
ret ex numero/ ſuꝑple
q̄ deſit. Jō debet mō
ꝑlat⁹ gregē ſuum de/
ducere/ ſc3 de pctō ad
gratiā: de ꝟtute ad vir
tutē: de actiua ad ꝯtē/
platiuā: de mundo ad
celū. Prouer. xxvij. d.
Diligēter agſce vultū
pecoꝛis tui tuoſq; gre
ges ꝯſidera. n ¶Ecce
dies veniēt/ Anq̃
ad lrāꝫ oīa ꝯtingāt q̄
futura ſūt: ſubiūgit de
illo ꝑ quē ⁊ in cui⁹ tp̄e
cōplēda erāt: vt ſic re/
uocet ad ſpūalē itelli/
gētiā. o Et ſuſcita/
bo vbū bonū qd̄ locut⁹ ſū. i. ꝓmiſſionē factā pr̄ib⁹ anti/
q̄s/ vel iudeis ſepe ꝑ ꝓphas: que moꝛtua videbat. Eccl'i. vj. a.
Verbū dulce multiplicat amicos: ⁊ mitigat inimicos. p ¶Ad
domū iſrl'/ decē trib⁹. q ¶Et ad domū iuda/ duas trib⁹:
vł ꝑ h̄ vtrūq; ꝓpl'm. ſ. iudeoꝝ ⁊ gētiliū: vł clericoꝝ ⁊ laicoꝝ: vł
actiuoꝝ ⁊ ꝯtēplatiuoꝝ. r ¶In dieb⁹ illis: de q̄b⁹. ij. Coꝛ.
vj. a. Ecce nunc tp̄us acceptabile: ecce nūc dies ſalut. Eſa. xl
ix. c. In tp̄e placito exaudiui te: ⁊ i die ſalut auxiliat⁹ ſū tui. s
¶Dauid: datiui caſus: t ¶Germē iuſticie. Idē. ſ. xxiij. a.
Et vtrobiq; notat mod⁹ cōceptiōis chꝛiſti. i. ꝑ h̄ qd̄ dic hic:
germē iuſticie: ⁊ ibi: germē iuſtū: q̄ſi iuſt⁹ fuit i ipſo germie
et i ꝯceptiōe. Eſa. iiij. a. In illa die erit germē dñi i magnifi/
cētia ⁊ glīa. De h̄ Eſa. ij. a. In nouiſſimis dieb⁹ ꝑpar⁹ mons
dom⁹ dñi i ꝟtice mōtiū ⁊c. Vñ ⁊ h̄/ In dieb⁹ illis ſalua/
bit iuda. v ¶Et faciet iudiciū ⁊ iuſticiā. Cōtra: ſup il/
lud Ps. Vniuerſe vie dñi miſcd'ia ⁊ ꝟitas. Glo. Prim⁹ ad/ Ps. 24.
uētus tot⁹ fuit de miſcd'ia. Solutio. Verū ē q̄tū ad hoies: ſ
iuſticia fuit q̄tū ad demōes: q̄r potētiā vicit. Eſa. xj. a. Erit
iuſticia cingulū lūboꝝ eius. Ps. Juſt⁹ dñs ⁊ iuſticias dilexit Ps. 10.
⁊c. Poſſet etiā exponi de q̄libet: q̄ i trā coꝛpis ſui debet face/
re iuſticiā. ſ. malos moꝛ⁹ q̄ſi latrones eliminādo. Sed quidā
mali iudices fauēt latronib⁹: q2 ꝑticipāt i latrocinio. Eſa. xx/
vj. d. Juſticiā nō fecim⁹ in trā: ideo nō ceciderūt habitatoꝛes
tre. Judiciū: de q̄. j. Coꝛ. xj. g. Si noſmetipſos ⁊c. Aug⁹
Sedeat iudex hō: aſcēdat tribunal mētis ſue: aſſit aduerſatrix
cogitatio: teſt' cōſcia: carnifex timoꝛ: inde quidā ſanguis aie
cōfitētis ꝑ lachꝛymas ꝓfluat. Sed quō iuſte iudicat in cuius
curia chꝛiſt⁹ inocēs dānat ⁊ barrabas latro dimittit: x ¶Et
iſrl' habitabit cōfidēter. ſ. in eccl'ia ⁊ i vna fide catholica
⁊ charitate. Vñ de hac ſecuritate/ Mich. iiij. b. Sedebit vir
ſubt⁹ vineā ſuā et ſubt⁹ ficū ſuam: ⁊ nō erit q̄ exterreat. Eſa.
xxxij. d. Sedebit ꝓplus me⁹ i pulchꝛitudie pac ⁊c. Prouer.
xxviij. a. Fugit impi⁹ nemie ꝑſequēte: iuſt⁹ aūt q̄ſi leo ꝯfidēs
abſq; terroꝛe erit. Deut. xxxiij. b. Amātiſſimus dñi habita/
bit i eo ꝯfidēter tota die: q̄ſi in thalamo moꝛabit ⁊c. y ¶Et
hoc ē nomē ⁊c. dñs iuſt⁹/ malos puniēdo. Ps. Cog'cet Ps. 9.
dñs iudicia faciēs. z ¶Juſt⁹/ ꝑenas ⁊ ꝑmia ſm vniuſcuiuſq;
merita mēſurādo. a ¶Noſter/ liberādo ꝑ nr̄e carnis aſſum/
ptionē. Propt qd̄ dr̄ emanuel: Eſa. vij. c. q2 ꝟbū caro factū Joh. 1. b.
ē ⁊ habitauit i nobis. b ¶Nō interibit de dauid ⁊c. ⁊ de
ſacerdotib⁹ ⁊c. q̄ſi trib⁹ regalis ⁊ trib⁹ ſacerdotalis tunc e
erāt: q2 chꝛiſtus

erāt: qꝛ chriſtꝰ de vtraq̄ ē: Omne eīn ſacerdotiū trāſlatū fuit:
ꝛ etiā regnū antiquū: Sed chriſti ſacerdotiū ꝛ regnū / eternū
Ps.88. ē. Ps. Ponā in ſeculū ſeculi ſedē eiꝰ: et thronū eius ſic dies
celi. Ps. Tu es ſacerdos in eternū ſm ordinē melchiſedech.
Ps.106. j. Reg. ij. g. Suſcitabo mihi ſacerdotē fidelē: q̄ iuxᵃ cor meū
ꝛ aiaȝ meā faciet. Hec
ē eccl'ia / i q̄ erūt ſacer/
dotes ꝛ leuite ꝛ reges
i ꝑpetuū. Vn̄. j. Pet.
ij. b. Vos eſtis genꝰ ele/
B ctū / regale ſacerdotiū.
Per holocauſtomata
ꝛ ſacrificia / ſignificant
ſacramenta / ꝟtutes et
dona. Licȝ aūt chriſtꝰ
iterierit / q̄ ad corpꝰ: tn̄
nō dꝛ iteriiſſe / nec mor
tuꝰ fuiſſe: qꝛ cito ſurre/
Moraliter xit. Moralr̄. Du/
plex eſt ſtatꝰ eccl'ie: et
vterq̄ ē ꝑpetuꝰ. ſ. cō/
tēplatiuoꝝ: q̄ oībꝰ tpa/
libꝰ abrenūciātes ho/
locauſtū dn̄o offerūt:
ꝛ actiuoꝝ: q̄ victimas
cedunt ſeipſos per pe/
nitentiā maccrantes.
Eccl. xxxv. a. Salutare ſacrificiū eſt attēde
re mādatis ꝛ diſcede/
re ab iniquitate. Hoc
eīn ad litterā non poſ/
ſunt intelligi cū dicat:
cūctis diebꝰ: qꝛ oīa
ſacrificia fides ceſſare
affirmat catholica. a
Si irritum poteſt
fieri pactum meū
ꝛc. i. conſtitutio ꝛ ordo dierum. b Et pactum meum
irritū eſſe poterit cū dauid ſeruo meo: q̄ſi hoc nō pōt
eſſe / ſic nec illud. Sile. ē. xxxj. g. Sȝ ideo repetit / ad maiorē
ꝯfirmationē. c Et nō ſit ex eo filiꝰ ꝛc. Trāſlato eīn legali
ſacerdotio / chriſti ſacerdotiū eternū ē. d Sic enumerari
nō pn̄t ſtelle. q. d. erūt inumerabiles. Geñ. xv. b. Suſpice ce
lū ꝛ numera ſtellas ſi potes: ſic erit ſemē tuū. e Stelle ce
li / q̄ ad bonos: q̄ alti / q̄ lucidi / q̄ ordinarij / q̄ i firmamēto fixi. f
Et metiri arena mar / q̄ ad malos: q̄ icōpacti / q̄ leues / q̄
fluidi / q̄ aridi / q̄ tre affixi. Ideo ꝓpt hāc multitudinē dꝛ Eſa.
liiij. a. Lauda ſterilis q̄ nō paris: qꝛ multi filij ꝛc. Que eīn de
ſerta erat: mō cōuerſa ē in vbertatē. Eſa. xxxv. a. Letabit de/
ſerta ꝛ inuia: exultabit ſolitudo: ꝛ florebit q̄ſi liliū: Germinās
germinabit: ꝛ exultabit letabūda ꝛ laudās. g Et factū eſt
vbū ꝛc. due cognatiōes ꝛc. q̄ſi ideo totiēs cōculco ꝟba
mea / qꝛ deſperāt. ſ. illoꝝ multi / dicētes: Due ꝛc. h Deſpe/
xerūt: ħ dicētes: k Eo q̄ nō ſit ꝛc. q̄ credūt q̄ decęto
nō debeat eē gēs. Duas cognatiōes vocat decē tribꝰ ꝛ duas:
vł regiā ꝛ ſacerdotalē. Has dn̄s elegit ꝓmittēdo patribꝰ eoꝝ
ꝛ ipſis trā ꝓmiſſiōis: ꝛ i ſemie ſuo oēs gētes accipe bn̄dictio/
nē. Sȝ mlti de iudeis boni ſūt: mlti etiā ꝯuertent i fine. Ma
le q̄ inſultāt dicētes dn̄m abieciſſe ꝑplm ſuū oino. Vn̄ Ro. xj
a. Nūquid deꝰ repulit ꝑplm ſuū? Abſit. Nā ꝛ ego iſraelita ſū
ex ſemine abraā de tribu beniamin. Nō repulit deꝰ plebē ſuā
quā ꝑſciuit. An neſcitis in helia q̄d dic ſcptura: Reliq̄ mihi ſe/
ptē milia viroꝝ q̄ nō curuauerūt genua ſua an̄ baal. Vn̄ ibidē
arguit gētes q̄ inſultabāt iudeis / eo q̄ illi obcecati ſūt vt ipſi
ſaluarent. Sȝ ſi / vt ibidē dꝛ / illoꝝ delictū diuitie ſt mūdi: quā/
Moraliter to magis plenitudo eoꝝ. Moralr̄: h Due cognatiōes
ſūt duo genera religionū: q̄. ſ. tenēt regulā bn̄dicti ꝛ auguſtini:
q̄s multi deſpiciūt / cū tn̄ mlti boni ſint int̄ eos. l Si pactū
meū ꝛc. equidē ꝛ ſemē ꝛc. q̄ſi ſicut leges nature nō ceſſa
būt: ita nec poſteritas dauid ceſſabit / q̄n ſemp ſit aliq̄s de eiꝰ

holocauſtomata ꝛ icēdat ſa/
crificiū ꝛ cedat victimas cū/
ctis diebꝰ. Et factū ē vbū dn̄i
ad hieremiā / dicēs: Hec dic
a dn̄s: Si irritū pōt fieri pa/
ctū meū cū die / ꝛ pactū meū
cū nocte / vt nō ſit dies ꝛ nox
b in tpe ſuo: ꝛ pactū meū irritū
eſſe poterit cum dauid ſeruo
c meo / vt nō ſit ex eo filiꝰ qui
regnet in throno eiꝰ ꝛ leuite ꝛ
d ſacerdotes miniſtri mei. Sicut
e enumerari nō poſſunt ſtelle
f celi et metiri arena maris:
ſic multiplicabo ſemē dauid
ſerui mei / et leuitas miniſtros
g meos. Et factū eſt verbū dn̄i
ad hieremiā / dicēs: Nūquid
nō vidiſti q̄d ꝑplus hic locutꝰ
h ſit / dicens: Due cognatiōes
q̄s elegerat dn̄s abiecte ſūt:
i et populū meū deſpexerūt:
k eō q̄ non ſit vltra gens corā
l eis. Hec dic dn̄s: Si pactū
meū int̄ diē et noctē / ꝛ leges
celi ꝛ tre nō poſui: equidē et
ſemē iacob ꝛ dauid ſerui mei
ꝓijciā vt nō aſſumā de ſemi/
m ne eius principes ſeminis
n abraā iſaac et iacob: Redu/
cā eīn cōuerſionē eoꝝ: ꝛ miſe
rebor eis. Ca. XXXIIII.
o Verbū q̄d factū eſt ad
hieremiā a dn̄o q̄n na
buchodonoſor rex ba
bylonis ꝛ oīs exercitus eius
p vniuerſaq̄ regna tre q̄ erāt
ſub poteſtate manꝰ eiꝰ: ꝛ oēs
q populi bellabāt cōtrā hieru/
ſalē ꝛ cōtra oēs vrbes eius /
dicēs: Hec dic dn̄s deꝰ iſrł:
r Vade ꝛ loq̄re ad ſedechiam
regem iuda / ꝛ dices ad eum:
Hec dicit dn̄s: Ecce ego tra
dā ciuitatē hāc in manꝰ regis
s babylōis: ꝛ ſuccēdet eā igni.
Et tu non effugies de manu
t eius: ſed comprehenſiōe ca/
v pieris / ꝛ i manu eiꝰ traderis:
x ꝛ oculi tui oculos regis baby

ſemie. Sed mō nullꝰ ē: ad litterā: q̄re neceſſe ē intelligi de chri Ps.131.
ſto q̄ fuit de ſemie dauid ſm carnē. Ps. Iurauit dn̄s dauid
ꝟitatē: de fructu vētris tui ꝛc. Sȝ videt q̄ pactū ordinis natu/
ralis deficiat aliq̄n: qꝛ Abacuk. iij. c. vbi loq̄t de iudicio / dic:
Sol ꝛ luna ſteterūt i hitaculo ſuo. Ergo tūc nō ſuccedet nox
diei. Preterea Eſa.
lx. d. Nō erit tibi am/
pliꝰ ſol ad lucēdū. Ibi
Glo. hic viſibilis: qꝛ
tūc ſolis / lune / celi ꝛ tre
nob ceſſabit officiū: g
ſilr nō neceſſe ē eē eter/
nū ſemē dauid p exē/
pli ſilitudinem. Solo
huiꝰ Geñ. viij. d. Fri/ A
gus ꝛ eſtꝰ / eſtas ꝛ hy/
ems / nox ꝛ dies nō re/
q̄eſcēt. Glo. ſeruiendo
hoi: q̄ſi h pactū tādiu
durabit q̄diu erit ne/
ceſſariū homi vſq̄ ad
iudiciū. m Princi/
pes ſemis ꝛc. Ps
Pro patribꝰ tuis nati Ps.44.
ſt tibi filij: ꝯſtitues ꝛc.
n Reducā eīn cō/
uerſionem eorum
. i. eos ꝯuerti faciā.
Expo. Ca. XXXIIII.
Verbū q̄d fa
ctū eſt. Paꝰ
ꝓpheta reuer
ſionē ꝓpli de captiuita
te ꝓmiſit: Hic p̄dici/
cit ſedechie regi iuda
mors ſua: vt ſic ſaltē
ad penitētiā flecteret.
Diuidit aūt h capitu/
lū i duas ptes. Primo ꝓpha mittit ad ſedechiā vt p̄dicet ei vr
bē q̄ iā obſeſſa erat capiēdā ꝛ ipſū regē capiēdū. Secūdo re/
citat ꝓpha bonū q̄d icepat rex ꝛ ꝑplus ad ipſiꝰ ꝓphe exhorta/
tionē: qꝛ oēs dimiſerāt ſeruos ſuos liberos: ſed qꝛ ꝯuerſi re/
trorſū ſuos ꝛ ancillas q̄s liberos dimiſerāt retraxerūt: iō ꝓpha
ipſos morituros gladio ꝛ fame ꝛ peſte / ꝛ ciuitates eoꝝ icēdē/
das minat: ibi: Verbū q̄d factū ē. Dic q̄: o Verbū q̄d
factū ē. Licȝ q̄ iſte rex eſſet neq̄ſſimꝰ ꝛ oi miſcdia indignꝰ: vt
dic Rabanꝰ: tn̄ qꝛ deꝰ mltū ꝛ nimis miſericors ſepius eū per
ꝓphas monebat: nūc p hieremiā i iudea: nūc p ezechielē i ba
bylōe exiſtētē ꝛ mittētē lrās de babylōe: ſi q̄ mō illū ad penitē
tiā ꝓuocaret: ſ mēs eiꝰ indurata magis elegit i nequicia ꝑſe/
uerare q̄ vitā ſuā emēdare: et iō hieremias hic p̄dicit ei q̄ ſit
cū ipſo captiuādꝰ: ꝛ i captiuitate moriturꝰ. p Vniuerſaq̄
regna tre ꝛc. i. de oībꝰ aliq̄. q Cōtra hierlm: nabucho/
donoſor exiſtēte i reblatha: nabuzardan ꝓo cuſtodiēte exer/
citum: ꝛ faciente obſidionē hierlm: et ꝯtra oēs vrbes eiꝰ.
Myſtice Sic myſtice / oēs iā ꝯ eccl'iā bellāt: qꝛ demones pacē turbant
tēptādo: ꝑncipes ſubditos ſpoliādo: heretici fide decipiēdo:
falſi chriſtiani mores corrūpūt / malū exemplū ꝑbendo. Eſa.
xxix. a. Ve ariel: ariel ciuitas quā expugnauit dauid. Additꝰ
eſt annꝰ ad annū: ſolēnitates euolute ſūt: et circūuallabo ariel
ꝛ erit triſtis ꝛ merēs. Luc. xix. f. Videns ciuitatē fleuit ſuper
eā. i. ſup eccl'iā: dicēs: qꝛ ſi cognouiſſes et tu quidē in hac die
q̄ ad pacē tibi: nūc aūt abſcōdita ſūt ab oculis tuis: qꝛ veniēt
dies i te: ꝛ circūdabūt te inimici tui vallo: et circūdabūt te et
coanguſtabūt te vndiq̄ ꝛ ad trā ꝓſternēt te. De h eodē ſm
litterā habet. ē. xxij. b. r Vade ꝛ loq̄re ad ſedechiā:
moralr̄. i. malū ꝑlatū: s Et ſuccēdet eā igni: luxurie /
ambitiōis / cupiditatis: q̄ oīa genimia virtutū ꝯſumūt ꝛ deuo
rāt: vt dꝛ Iob. xxxj. b. t Sed cōprehēſiōe capieris /
in temptatiōe. v Et in manu eius traderis / in morte.
x Et oculi tui oclos regis videbūt / in extrema exami/
 natione.

natiõe. a Et os eiꝰ cũ ore tuo loquet̃/ in accuſatione. b Et babylonẽ introibis.i.in infernũ: ad litteram. Iſte ſedechias in babylonẽ ductꝰ ẽ: ſed eam nõ vidit: quia captus ductus fuit a nabuchodonoſoꝛ in reblatha/ ⁊ ibi deoculatus eſt: deinde ductꝰ ĩ babylonẽ: vt dr̃.iiij. Regl.xxv.b. c Nõ

v.a. Paſcite q̃ in vobis ẽ gregẽ dñi ꝓuidẽtes ⁊c̃. Ecci.xxxij. a. Rectorẽ te poſuerũt ⁊c̃. t Audierũt igit̃ ⁊ dimiſert: ꝑmo.ſ.iminẽte obſidione. v Et cõuerſi ſunt deinceps et retraxerũt ⁊c̃. cũ nabuchodonoſoꝛ receſſiſſet ab obſidi/ one: qđ ꝓmiſerũt ĩ aduerſitate/ dimittẽtes in ꝓſꝑitate: ad tẽ/

moriet̃ ĩ gladio: q̃ſi nõ morieris in gla dio: qꝛ turpiſſima moꝛ te ĩ babylone mortuꝰ eſt: qꝛ corã oĩbꝰ vidẽ/ tibꝰ ĩ eiꝰ morte laxatꝰ eſt venter eiꝰ. Dicunt eñ ꝙ cũ captiuꝰ eſſet ſedechias iã excocula/ tus/ datꝰ eſt ei potus laxatiuꝰ: ⁊ ibi corã oĩ/ bus laxatꝰ ẽ vẽter eiꝰ: ⁊ cito pre doloꝛe moꝛ tuꝰ eſt: tñ qꝛ rex erat/ cũ honoꝛe eſt ſepultꝰ.

B

d Sed ĩ pace mo/ rieris: qꝛ extra carce rẽ mortuꝰ. e Et ſm cõbuſtiones patꝝ tuoꝝ ⁊c̃. Nos em erat antiq̃s accendere ignẽ ſup corpa mortu orũ/ ad honorẽ eoꝝ ħ faciẽtes ei: qꝛ rex erat. Vñ et.iiij. Regl.ix.g. Sepelite maledictã il lã: qꝛ filia regꝭ ẽ. f Et dicentes ſupple: Ve dñe ⁊c̃. Cõtrariũ fe cerũt regi ioachim: vt ȝ.xxij.c. g Uniuer ſa verba hec ĩ hie/ ruſalẽ: nihil de veri/ tate celãs. Sꝫ a multꝭ hodie palliat̃ et celat̃

a lonis videbũt: ⁊ os eiꝰ cũ ore
b tuo loquet̃ ⁊ babylonẽ intro
ibis: Attamẽ audi v̄bũ dñi
ſedechia rex iuda. Hec dicit
c dñs ad te: Nõ morieris ĩ gla
d dio/ ſed in pace morieris: et
e ſm cõbuſtiones patrũ tuoꝝ
regũ ꝑoꝝ q̃ fuerũt ante te/ ſic
f cõburẽt te: et ve dñe plãgẽt
te: qꝛ v̄bũ ħ ego locutꝰ ſũ dic̃
dñs. Et locutꝰ ẽ hieremias
ꝓpħa ad ſedechiã regẽ iuda
g vniuerſa v̄ba hec in hierl̃m:
⁊ exercitus regis babylonis
pugnabat ꝯ hierl̃m: et ꝯ oẽs
h ciuitates iuda q̃ relique erãt
contra lachis ⁊ ꝯ azecha: he
eñ ſuperãt de ciuitatibꝰ iu/
i da vrbes munite. Verbum
qđ factum eſt ad hieremiã a
dño poſtq̃ꝫ ꝑcuſſit rex ſede/
k chias fedus cũ omi populo
l in hierl̃m: ꝑdicãns vt dimit/
teret vnuſq̃ſq꞉ ſeruũ ſuũ: et
m vnuſq̃ſq꞉ ancillã ſuam. He
n breũ ⁊ hebreã liberos: ⁊ nẽ

o quaq̃ꝫ dñarent̃ eis: id ẽ ĩ iu/
p deo et fr̃e ſuo. Audierunt g̃
q oẽs ꝑncipes ⁊ vniuerſꝰ ppl̃s
r q̃ inierãt pactũ vt dimitteret
vnuſq̃ſq꞉ ſuũ ſuũ ⁊ vnuſq̃ſ/
s q꞉ ancillã ſuã liberoſ: ⁊ vltrã
t nõ dñarẽt̃ eiſ. Audierũt igit̃ ⁊
v dimiſerũt. Et cõuerſi ſũt de/
inceps ⁊ retraxerunt ſeruos
ſuos ⁊ ancillas ſuas q̃s dimi
x ſerãt liberos: et ſubiugauerũt
in famulos et ĩ famulas. Et
factũ eſt verbũ dñi ad hiere/
miã a dño/ dicẽs: Hec dicit
y dñs deꝰ iſrl̃. Ego ꝑcuſſi fedꝰ
z cũ patribꝰ veſtris in die qua
eduxi eos de terra egypti de
domo ſeruitutis/ dicens: Cũ
a cõpleti fuerint ſeptẽ anni: di
b mittãt vnuſq̃ſq꞉ fratrẽ ſuum
c hebreũ q̃ venditꝰ ẽ ei: ⁊ ſeruĩ/
et tibi ſex ãnis: ⁊ dimittes eũ
d a te liberũ. Et nõ audierũt pa
e tres vr̃i me: nec inclinauerũt
f aurẽ ſuã. Et cõuerſi eſtis vos
g hodie: ⁊ feciſtis qđ rectũ eſt ĩ

pus credẽtes ⁊ in tpe tẽptatiõis recedẽtes: vt dr̃ Luc̃.viij.b. Sic ⁊ multi multa ꝓmittũt ⁊ vouẽt ĩ infirmitate: q̃ poſtea ſanati nõ red dũt/ vel a quocũq꞉ ꝑi/ culo liberati. Prouer. xxv.b. Nubes ⁊ vẽtꝰ ⁊ pluuie nõ ſequẽtes: vir glorioſus ⁊ ꝓmiſ/ ſa nõ cõplens. Sed dr̃ Eccĩs.v.a. Si q̃d vo/ uiſti deo ne moreris reddere: diſplicet eñ ei infidelis ⁊ ſtulta ꝓ/ miſſio: ſꝫ qđcũq꞉ vo/ ueriſ redde: Meliꝰ eſt eñ nõ vouere q̃ꝫ poſt votũ ꝓmiſſa nõ ſolue/ re. Pſ. Vouete ⁊ red dite. Ibi Gloſ. vouiſ/ tis reddite: Vouere eñ ẽ voluntatiſ: ⁊ redde/ re neceſſitatis. Illđ ẽ voluntariũ iſtud neceſ/ ſariũ. Prouer.xx.d. Ruina ẽ hoĩ deuora/ re ſanctos ⁊ poſt vota retractare. Parũ ẽ g̃ bñ icipere/ niſi aſſit ꝑ/ ſeuerare. Matth.xx/ iiij.b. Qui ꝑſeuerauerit vſq꞉ in finẽ hic ſal/ uus erit. x Et ſub

C

Pſ.75.

Exo.21.a. Deut.15.c.

veritas: vel qđ peiꝰ ẽ falſitate cõmutat̃. Numeri.xxiij.c. Si dederit mihi balach plenã domũ argẽti ⁊ auri/ nõ potero ꝑ/ terire ſermonẽ dñi dei mei/ vt vl̃ boni vl̃ mali q̃d ꝓferã ex oꝛe meo: ſꝫ q̃cq̃d dñs dixerit ħ loq̃r. h Que reliq̃ erãt ꝯtra lachis ⁊ ꝯtra azecha: he eñ/ due/ ſuperãt ⁊c̃. i Ver/ bũ qđ factũ ẽ ⁊c̃. Sedechias audita morte ſua ⁊ captiui/ tate iminẽte timuit: ⁊ q̃ſi cũ decreto ſtatuit vt vnuſq̃ſq꞉ ſuos ⁊ ancillas liberos dimitteret. Recedẽte aũt nabuchodonoſoꝛ ab obſidiõe ꝓpt̃ regẽ egypti venientẽ ĩ ſuccurſũ hierl̃m/ ſede/ chias ⁊ alij/ q̃s ꝑus liberos dimiſerãt iterũ ſeruituti ſubiece/ rũt: Sup q̃ hic grauit̃ cõminat̃ dñs ꝑ ꝓphetã. k Fedꝰ cũ omi ppl̃o in hierl̃m. Licꝫ eñ iudei liberi eſſent ex ꝑcepto dñi: tñ ꝓpter ſuũ pctm̃ poterat q̃s ĩ ſeruitutẽ redigi: ſed dño iubẽte ſeptimo anno liber dimittẽdꝰ erat: vt dr̃ Exo.xxj.d. Ad ꝑdicationẽ g̃ hieremie fecerũt hoc pactũ ꝙ ſic facerẽt cũ ſeruis ꝓpꝛijs ſui: ⁊ ad litterã ſic fecerũt: ſed poſtea trãſgreſſi ſũt. l Predicãs vt dimitteret vnuſq̃ſq꞉ ⁊c̃.ſ. ipſe ſede/ chias. m Hebreũ ⁊ hebreã liberos.ſ.in ſeptimo ãno. Vñ Deut.xv.c.dr̃/ ꝙ ſi q̃s emiſſet ſeruum hebreũ/ ſex annis ſeruiret: ⁊ ſeptimo dimitteret̃ liber. n Et nequaq̃ꝫ dña/ rent̃ eis.i. ſub ſuo dñio tanq̃ꝫ ſeruos retinerẽt: o In iu/ deo ⁊ fr̃e ſuo: qꝛ de aduenis nõ ſic erat. Vñ Leuit̃.xxv.f. Seruꝰ ⁊ ancilla ſint vobis de natiõibꝰ ⁊ de aduenis q̃ ꝑegri/ nant̃ apud vos/ vl̃ q̃ ex eis nati fuerint in tr̃a vr̃a/ hos habe/ bitis famulos: ⁊ hereditario iure trãſmittetis ad poſteros ac poſſidebitis in eternũ: fratres aũt vr̃os nõ oppꝛimatis ꝑ po/ tentiã. p Audierũt g̃ regis ꝑdicationẽ: q Oẽs princi pes ⁊ vniuerſus pplus q̃ inierãt pactũ: cum rege vel hieremia vel cũ dño: r Ut dimitteret ⁊c̃. in ſeptimo an/ no: s Et vltra nõ dñarent̃ eis. Sic dr̃ ꝑlatis.j. Pet.

iugauerũt ⁊c̃. Ezech.xxxiiij.a. Cũ auſteritate imperaba/ tis ⁊ cũ potentia: et diſpſe ſunt oues mee. y Ego ꝑcuſſi fedus cũ patribꝰ veſtris ⁊c̃. Oſtẽdit dñs ꝙ iudei ĩ hoc peccato imitati ſunt patres ſuos: qui cũ ꝓmiſiſſent ſe ſeruatu/ ros legem ſuã: ſeruos ſuos hebreos nõ dimittebant liberos ĩ ſeptimo anno/ iuxta ꝑceptum dñi. z In die qua eduxi eos ⁊c̃. ꝓpter qđ magis deberetis obedire mihi. a Di/ cens: Cũ cõpleti fuerint ſeptẽ anni. In Exo.xxi.d. Leuit̃.xxv.f. Deut.xv.c. b Dimittat vnuſq̃ſq꞉ fra/ trẽ ſuũ ⁊c̃. Deut.xv.c. Cũ tibi venditus fuerit frater tuus hebreus vl̃ hebrea: ⁊ ſex annis ſeruierit tibi: in ſeptimo anno dimittes eũ liberũ. Scḋm Rabanũ myſtice: Frater tuus vendit ſe tibi: cũ ſe tibi ſubijcit ꝑ obediẽtie votũ: qui ſex an/ nis.i. toto tpe vite ſue debet obedire: Tu vero nunq̃ꝫ debes eũ ꝑ potẽtiã oppꝛimere: ſed fraterno affectu tractare: ⁊ verbo ⁊ exemplo iuuare: vt in ſeptimo anno.i. poſt hanc vitã ꝓpꝛie libertati reſtituat̃: q̃ñ liberabit̃ creatura a ſeruitute coꝛruptio/ nis in libertatẽ glorie filioꝝ dei: vt dr̃ Ro.viij.d. Joh.viij. e. Si filius vos liberauerit ⁊c̃. c Et ſeruiet tibi ſex an/ nis ⁊c̃. mutat ꝑſonã more ꝓphetico. d Et nõ audierũt patres vr̃i me: qꝛ nõ dimittebãt ſeruos vel ancillas ĩ ſepti mo anno: e Nec inclinauerũt aurẽ ſuã/ vt audirẽt ad faciendũ. f Et cõuerſi eſtis vos hodie. Iſte ordo de/ bet ſeruari a ꝑdicatoribꝰ: vt ꝑmo cõuertant̃ a peccatis: ſecũ/ do debẽt facere qđ rectũ ẽ/ in oculis nõ hominũ ſicut hypo/ crite. Vñ g Et feciſtis qđ rectũ eſt ĩ oculis meis. Matth.vj.a. Attẽdite ne iuſticiã veſtrã faciatis corã hoĩbꝰ vt videamini ab eis. Eſa.xxxviij.a. Memẽto q̃ſo dñe quõ am bulauerim corã te ĩ veritate ⁊ ĩ corde ꝑfecto: ⁊ qđ bonũ eſt in oculis tuis fecerim. Mich.vj.c. Sollicitũ ambulare cũ deo tuo. Et tũc demũ

Myſtice

a oculis meis: vt ꝑdicāretis li
b c bertatē vnuſq̄ſq; ad amicū
d ſuū: ⁊ iniſtis pāctū in cōſpe/
e ctu meo in domo i qua inuo
catū eſt nomē meū ſuꝑ eam.
f g Et reuerſi eſtis ⁊ cōmacula/
ſtis nomē meū: et reduxiſtis
vnuſq̄ſq; ſeruū ſuū et vnuſ/
quiſq; ancillā ſuam quos di
miſeratꝭ vt eſſent liberi ⁊ ſue
poteſtatis: ⁊ ſubiugaſtis eos
vt ſint vobis ſerui ⁊ ancille.
Propterea hec dicit dñs:
h Uos nō audiſtis me vt ꝑdi
i k carētis libertatē vnuſquiſq;
fratri ſuo et vnuſq̄ſq; amico
l ſuo. Ecce ego ꝑdico libērta
l tē/ait dñs: ad gladiū/ad pe/
m ſtē/ ⁊ ad famē: ⁊ dabo vos in
cōmotionē cūctis regnis ter/
n re. Et dabo viros qui ꝑuari
o cant fedus meū: ⁊ nō obſer/
uauerūt verba federis q̄bus
aſſenſi ſunt in ꝯſpectu meo:
p vitulū quē cōciderūt i duas
q partes: ⁊ trāſiert int diuiſi/
ones ei⁹: ꝓncipes iuda ⁊ ꝓn/
r cipes hieruſalē/ eunūchi et
ſacerdotes: et oīs popul⁹ tre
qui trāſierūt inter diuiſiōes
vituli: ⁊ dabo eos in manus
inimicoꝝ ſuoꝝ/ ⁊ i man⁹ que/
s rentiū animā eoꝝ: ⁊ ērit mor/
ticinū eoꝝ in eſcā volucrib⁹
celi ⁊ beſtijs terre. Et ſede/
chiā regē iuda/ ⁊ ꝓncipes ei⁹
dabo in man⁹ inimicoꝝ ſuo/
rū: ⁊ in man⁹ querentiū aīas
eoꝝ: et in man⁹ exercituū re/
gis babylonis qui receſſerūt
t a vobis. Ecce ego ꝑcipio di
cit dñs: ⁊ reducā eos in ciui/
tatē hanc: ⁊ ꝓliabunt aduer/
ſus eā/ ⁊ capiēt eā/ ⁊ incēdēt
igni. Et ciuitates iuda dabo
in ſolitudinē/eo ꝙ nō ſit ha/
bitator.

Ca. XXXV.

v V Erbū qđ factū eſt ad
hieremiā a dño in die
bus ioachim filij ioſie
x regis iuda/ dicēs: Uade ad
domū rechabitaꝝ ⁊ loquere
eis/et introduces eos in do/
y z mū dñi in vnā exedrā theſau
a roꝝ ⁊ dabis eis bibere vinū.
b Et aſſūpſi iechoniā filiū hiere/
mie filij abſame et fratres ei⁹
⁊ oēs filios ei⁹ ⁊ vniuerſā do
c mū rechabitarū: ⁊ introduxi
eos i domū dñi ad gazophy/
d laciū filioꝝ anan filij iegede/
e lie hoīs dei qđ erāt iuxta ga/
zophylaciū ꝓncipū ſuꝑ the/
ſaurū maaſie filij ſellū q̄ erat
f cuſtos veſtubili. Et poſui co
ram filijs domus rechabi/

tuo: Et tūc demū poſſet alijs ⁊ deberet ꝑdicare. Alioqn vt dicit Auguſtin⁹ in libro Proſperi: Bñ docere ⁊ male viuere nihil aliud eſt ꝗ̄ ſe ſua lingua damnare. Vñ/ a Ut ꝑdicaretis.ſ. facto ⁊ dicto: b Libertatē.i. liberā ſeruoꝝ dimiſſionē. c Unuſq̄ſq; ad amicū ſuū.i. amici ſui.ſ. ſeruiēdo. d Et iniſtis pactū in cōſpectu meo.i. in bñplacito. e In domo i q̄ ⁊c. q̄ſi hoc pactū feciſtis i atrio tēpli exteriori. Et ē argumētū: ꝙ ſolēnitas loci facit magꝭ obligatoriū ſacramētum. f Et reuerſi eſtis/ad pctā v'a. g Et cōmaculaſtis nomē meū. Ro.ij.d. Nomē dei ꝑ vos blaſphemat int gētes. Iſti ſunt ſiles ꝓpoſito pincernarū pharaonis: q̄ ſuccedētibus ꝓſperis oblit⁹ eſt interptis ſui: Gen.xl.d. h Uos non audiſtis me.i. auditū nō feciſtis. i

B Al. vobis Ut ꝑdicaretis/verbo ⁊ exemplo. k Libertatē.i. liberā ſeruorū veſtroꝝ dimiſſionem. l Ecce ego ꝑdico libertatē ⁊c ad gladiū ⁊c. Ironice loqt. Vl/ l Libertatē.i. liberā expoſitionē. m Et dabo vos in cōmotionē.i. in diſperſionē/ cūctis regnis tre.

Myſtice Myſtice. l Ad gladiū ⁊c. Gladi⁹ eſt ꝑſecutio exterior vel interior tā demonū ꝗ̄

Ps. 36. hominū. Ps. Gladiū euaginauert pctōres. Fames ē defect⁹ xbi dei. De q̄ Amos.viij. d. Mittā vobis famē i trā: nō famē panis ⁊c. Peſtꝭ ē pnicies mali exēpli. Ez.xxj.b. Percutiā hitatores ciuitatꝭ hui⁹: hoīes ⁊ beſtie.i. parui ⁊ magni/ peſtilentia magna morient. De his trib⁹/ Ezech.vij.d. Gladi⁹ foris/peſtis ⁊ fames itrinſec⁹. m Et dabo: ſuſpenſiua eſt conſtructio vſq; ibi: n Et dabo ⁊c. qđ repetit ꝓpter longā interpoſitionē. o Fedus meū.i. pactū meū de dimittendo ſeruos. p Uitulū/ repete: et nō obſeruauerūt ⁊c. vitulū.i. pactū in cui⁹ confirmatiōe ſcindit vitul⁹: cui⁹ cōfractio ſignificabat ꝙ optabat eos ſic frāgi ſi pactū diſſoluerēt. q Et trāſierūt int diuiſiōes.i. diuiſerūt/ vl' nō fecerūt ſignificata ꝑ diuiſiōes illas: qui tranſierunt int diuiſiones iurādo ꝙ pactū tenerēt: vel q; fecerūt victimas de vitulo q̄ſi in votū ⁊ obligationē illi⁹ pacti. r Eunuchi ⁊c. q̄ cuſtodiebāt corpa magnatū: ⁊ erant cubicularij eoꝝ. s Et erit morticinū ⁊c. q̄ receſſerūt a vobis/ad tpus: ſed poſtea redierūt. Ad temp⁹ eñ receſſerat exercit⁹ chaldeoꝝ ab obſidiōe. t Ecce ego ꝑcipio ⁊c. ⁊ reducā eos ⁊c. Sic diabol⁹ rediēs ſecūda vice pl⁹ nocet ꝗ̄ ꝓma: ⁊ fiūt poſteriora peiora ꝓorib⁹. Expo. Ca. XXXV.

V Erbū qđ factū eſt. Prius egit ꝓpha de his q̄ facta fuerūt ſub ſedechia/qui fuit vltim⁹ rex iuda: Hic agit de his q̄ facta fuerūt ſub ioachim fratre ſedechie q̄ ante ipſū regnauit.ſ. de rechabitis: quoꝝ obediētiā ꝓponit hieremias iudeis ad eoꝝ ꝯfundēdā ſuꝑbiā. Vñ patet ꝙ ꝓpha i ſua narratiōe nō obſeruat ordinē rei geſte: ſ ſm dei inſpirationē q̄ i eo loq̄bat narratiōis ſue ordinē cōpoſuit. Qđ ideo ſic fit a ꝓphis ⁊ etiā ab euāgeliſtꝭ vt ſciat q̄libet ſacras ſcꝓturas nō hūana diſpoſitiōe cōpoſitas ſ diuina ordinatiōe. Et diuidit h capitulū i tres partes. In ꝓma pte ꝑcipit hieremie vt rechabitas q̄ ꝓpt chaldeos fugerāt i hierl'm itroduceret i domum dñi: et daret eiſ vinū ad bibēdū. Secūdo ad ꝯfundēdā iudeoꝝ ſuꝑbiā q̄ mādatꝭ dei reſtiterūt/ obijcit hieremias rechabitas/ q̄ ionadab i oīb⁹ obedierūt: ibi: Et factū ē xbū. Tertio minat penā iudeiſ Al. tet

q; nō obedierūt dño: ⁊ ꝓmittit rechabitꝭ ꝙ nō deficiet vir de ſtirpe ionadab ſtāſ i ꝯſpectu dñi: q; obedierūt: ibi: Ecce ego adducā. A

Dic ḡ: v Uerbū ⁊c. i dieb⁹ ioachi. In octauo eius anno q̄n poſt nabuchodonoſor venit i iudeā cui ſeruiuit ioachim trib⁹ annis cū nō regnaſſet niſi vndeci ānis: vt dicit.iiij.Reg.xxiiij.a. x Uade ad domū ⁊c. qui tūc fugerāt in hierl'm. y In vnā exedrā. Exedre ſūt domūcule extra edē. In hmōi domūculis hitabāt ſacerdotes et miſtri tēpli. z Theſauroꝝ.i. in q̄ ponūt theſauri. a Et dabis eis bibere: id ē ꝓpinabis: q; ipſi nō biberūt. b Et aſſūpſi iechoniam ⁊c. Iſti omnes erāt rechabite. c Et introduxi eos ⁊c. i gazophylaciū/ vbi reponebant oblatiōes tēpli. d Filioꝝ anan ⁊c. q; de iſtis fuit ille q̄ ꝓmo poſſedit h gazophylaciū. e Qđ erat iuxt gazophylaciū ꝓncipū ⁊c. in q̄ ponebāt ſuas oblatiōes vel ſuos reddit⁹: ⁊ alia q̄ ſua erāt. f Et poſui corā filijs dom⁹ ⁊c.i. familie.

ſs Nō bibemus.

Myſtice: x Uade ad domū rechabitaꝝ. Rechabite interꝑtāt extēdētes vl' excelſi vel delitie patrū. Ubi ſūt religioſi q̄ ſe ad opa erogatiōis extēderūt/excelſi i ꝯtēplatiōnē ⁊ celeſtib⁹ delitijs affluētes. Filij ionadab.i. chriſti: interꝑtat eñ dño obediēs/ vel dñi ſpōtane⁹: q; chriſt⁹ obediuit pri ſpōtanee vſq; ad mortē. Precipit ḡ hieremie.i. ꝑdicatori ꝙ vadat ad domū taliū: q; nō tm̄ ſecularib⁹ ſ ⁊ clauſtralib⁹ ꝑdicādū ē. Per exedrā theſauroꝝ/ intelligit capitulū vbi ē theſaur⁹ diſcipline/imo oīm xtutū q̄ ibi cuſtodiūt. a Et dabis eiſ bibere vinū/ſpūalis ꝯſolatiōis. Prouer.xxxj.a. Date ſicerā merētib⁹ ⁊ vinū his q̄ amaro ſt aīo/bibāt ⁊ obliuiſcāt egeſtatis ſue/ ⁊ doloris ſui nō recordent ampli⁹. b Et aſſumpſi iechoniā ⁊c.i. abbatē ⁊ oēs monachos. c Et introduxi eos in domū dñi ⁊c.i. i capitulū: qđ ꝓprie eſt dom⁹ dñi: q; ibi ſolū debet ꝓlat⁹ ſe dominū demōſtrare: In refectorio eñ et vbiq; alibi debet ſe gerere vt fratrē. Ecci.xxxij.a. Rectorē Myſtice

te poſuerunt ⁊c.

G b Nō bibem⁹. Eis eñ īſpiratū fuit ſic̄ ꝛ hieremię/ q̄ dñſ ñ
p̄cipiebat h̄ p hieremiā/ niſi ad ꝓbādū eoꝝ obediētiā: ſic̄ di/
Geñ.22.a. ctū ē abrāę imolare filiū/ ad ꝓbādū ei⁹ obediētiā. c Oz io/
nadab ꝛc̄. Ecce veri obediētes: nō diſputāt/ ſꝫ auctoritati p̄/
Filij parētibus in trib⁹ tenenꝫ obedire — cipiētis obtēperāt. Filij eñ parētib⁹ carnalib⁹ tenenꝫ obedire
in trib⁹. ſ. in his q̄ ad
eoꝝ correctionē perti/
nēt. Vñ Deut.xxi.d.
B Si genuerit hō filiū
ꝯtumacē ꝛ ꝓteruū q̄ ñ
audierit p̄ris vel m̄ris
impiū ꝛ coercit⁹ obe/
dire ꝯtēpſerit. Et ſbdit
ibi pēnā: q̄. ſ. eū addu/
cēt ad ſeniores: ꝛ ꝓte/
ſtabūꝫ eū eē talē: ꝛ tūc
lapidib⁹ obruēꝫ ꝛ mo/
rieꝫ. Itē i his q̄ ꝑtinēt
ad parētū reuerentiā.
Eph.vi.a. Filij obedi/
te parētib⁹ v̄ris i dño:
h̄ eñ iuſtū ē. Itē i his
q̄ ꝑtinēt ad tp̄aliū ſub
miſtrationē. Exo.xx.
b. Honora patrē tuū
ꝛ matrē tuā. Et dic̄ ibi
Glo. ſ. i tp̄aliū ſbmini
ſtratiōe. e Sꝫ i ta/
bernaclis habita/
bit. Ad lrāꝫ: nō i do
mib⁹ ſꝫ i tabernaculis
hītabāt: h̄ ſignū maio
ris religiōis. g Cū
autē aſcēdiſſet ꝛc̄.
q.d. ſi q̄d min⁹ vel q̄d
qd̄ imꝑfectiōis ſignū
habeat/ fecimus: non
volūtati nr̄ę ſꝫ neceſſi/
tati aſcribe. In q̄ eſt
argumētū q̄ q̄dā reli/
C gioſi ñ peccāt: ſi ſua re
petāt: q̄ꝛ valde creuit
malicia hoim.

Myſtice ✠ te poſuerūt ꝛc̄. a
Cyphos plenos
vino. i. diuerſa gene/
ra ꝯſolationū. i. diuer/
ſas auctēs/ et diuerſa
exēpla ꝯſolatoria: De
q̄b⁹ Eccs.ij.b. Feci
mihi cyphoſ ꝛ vrceo/
los i miſterio ad vina
fūdēda. Sꝫ m̄lti ponūt ibi cyphos vacuos. i. auctēs ſteriles:
vl̄ aliqñ plenas aq̄ vl̄ aceto. i. vanitate vl̄ obiurgatiōe amara
ſił̄es crucifixorib⁹ dñi: q̄ ei i cruce exiſtēti ꝓpinauerūt acetū: ſꝫ
Vinū m̄ltiplex — noluit bibere: vt dī Ioh.xix.f. Eſt aūt m̄ltiplex vinū. ſ. ſpūa/
lis ꝯſolatiōis: de q̄ dixit hieremias rechabitis: Bibite vi/
nū. Et ē vinū mūdanę iocūditatꝭ: de q̄ illi reſpōderūt: Nō
bibem⁹ vinū: q̄ꝛ ionadab ꝛc̄. Nō eñ q̄renda ē ꝯſolatio
mūdana vt ꝑdaꝫ diuina. Unde Berñ. Nimis delicata ē ꝛc̄.
Ps.76. Pō. Renuit ꝯſolari aīa mea. Lucē.vi.d. Vę vobis diuitib⁹
q̄ habetꝭ hic ꝯſolationē veſtrā. Iſti nō ędificauerūt domos p
ſupbiā gl̄iantes i domib⁹ laq̄atis: m̄lto magis q̄ nō deberēt h̄
facere religioſi. Q̄ꝛ Matth.v.c. Niſi abūdauerit iuſticia ve/
ſtra ꝛc̄. ſ.xxij.d. Vę q̄ ędificat domū ſuā in iniuſticia: ꝛ cęna/
cula ſua nō in iudicio. d Et vineas nō plātabitis. ſ. vt
eaꝝ bibatis vinū: q̄ſi in mūdo nō habebitis ꝯſolatiōes. Noe
eñ q̄ plātauit vineā iebriat⁹ ē et nudat⁹: Geñ.ix.c. Amos.v.
c. Vineas amātiſſimas plātabitꝭ ꝛ nō bibetꝭ vinū eaꝝ. Sic fa
ciūt ciſterciēſes: q̄ melı⁹ vinū vineaꝝ ſuaꝝ hoſpitib⁹ dāt/ ꝛ ipſi
pei⁹ bibūt. e Sꝫ i tabernaclis habitabitꝭ. i. ſp habebitꝭ

a tarū cyphos plenos vino et
calices. Et dixi ad eos: Bi/
bite vinū. Qui rñderūt: Nō
b bibem⁹ vinū: q̄ꝛ ionadab fili⁹
c rechab paꝫ nr̄ p̄cępit nobis/
dicēs: Nō bibetis vinū vos
ꝛ filij v̄ri vſq̄ in ſempiternū.
Et domū nō ędificabitis: et
d ſementē nō ſeretis: ꝛ vineas
nō plātabitis nec habebitis:
e ſed i tabernaculis habitabi/
f tis cūctis dieb⁹ v̄ris: vt vi/
uatis dieb⁹ multis ſup faciē
terrę in qua vos ꝑegrinami.
Obediuim⁹ ergo voci ionadab
filij rechab p̄ris nr̄i i oib⁹ q̄ p̄
cępit nob: ita vt nō biberem⁹
vinū cūctis dieb⁹ nr̄is nos ꝛ
mulieres nr̄ę/ filij ꝛ filię nr̄ę:
ꝛ nō ędificarem⁹ domos ad
habitādū: ꝛ vineā ꝛ agꝛ ꝛ ſe/
mētē nō habuim⁹: ſꝫ habita/
uim⁹ in tabnaculis/ ꝛ obediē
tes fuim⁹ iuxꝫ oia q̄ p̄cępit no
g bis ionadab pr̄ nr̄. Cū autē
aſcēdiſſet nabuchodonoſor
rex babylonis ad t̄rā noſtrā/
diximus: Venite ꝛ ingredia/
mur hierl̄m a facie exercitus
chaldęoꝝ/ ꝛ a facie exercitus
ſyrię: ꝛ māſim⁹ in hierl̄m. Et
factū eſt verbū dñi ad hiere/
miā/ dicēs: Hęc dicit dñs ex
ercituū de⁹ iſrł̄: Vade et dic
viris iuda ꝛ hītatorib⁹ hieru
ſalē: Nūquid non recipietis
diſciplinā vt obediatis v̄bis
meis dic̄ dñs: Preualuerūt
ſmones ionadab filij rechab
quos p̄cępit filijs ſuis vt nō
biberent vinū: ꝛ non biberūt
vſq̄ ad diem hāc: quia obe/
dierunt pręcępto patris ſui.
h Ego aūt locut⁹ ſum ad vos
i de mane ꝯſurgēs et loquēs
ꝛ nō obediſtis mihi. Miſiq̄
ad vos oms ſeruos meos ꝓ
phetas ꝯſurgens diluculo
k mittēſq̄ ꝛ dicēs: Conuertimi
vnuſq̄ſq̄ a via ſua peſſima:
ꝛ bona facite ſtudia veſtra: ꝛ
nolite ſeq̄ deos alienos/ neq̄
colatis eos: ꝛ habitabitis in
terra quā dedi vobis ꝛ p̄rib⁹
veſtris. Et nō inclinaſtis au/
rē veſtrā: neq̄ audiſtis me.
l Firmauerūt igitur filij iona/
dab filij rechab p̄ceptū pa/
tris ſui qd̄ p̄ceperat eis: po/
pul⁹ aūt iſte nō obediuit mi/
bi: Idcirco hęc dicit dñs ex/
ercituū de⁹ iſrael. Ecce ego
adduco ſup iudā ꝛ ſup oms
habitatores hierl̄m vniuer/
ſam afflictionē quā locutus
ſum aduerſum eos/ eo q̄ lo/
cutus ſum ad illos: ꝛ nō au/
m n dierūt: vocaui illos: ꝛ nō rē/
ſponderūt mihi. Domui aūt
rechabitaꝝ dixit hieremias.
Hęc dicit domin⁹ exercituū
o deus iſrael: Pro eo q̄ obe/
diſtis p̄cępto ionadab p̄ris
veſtri: ꝛ cuſtodiſtis oia man

i memoria opa q̄ fecit ille q̄ i ſolitudine poſuit tabernaculum
ſuū: vl̄ ſp erūt i expeditiōe ꝛ q̄ſi i ꝑegrinatiōe ſup t̄rā/ nō ha/
bētes h̄ māſionē. Heb.xi.b. Abraā hītauit i caſulis: expecta/
bat eñ fūdamēta habētē ciuitatē cui⁹ artifex ꝛ ꝯditor ē de⁹. f
Cūctꝭ dieb⁹: q̄ꝛ q̄ ꝑſeuerauerit vſq̄ i finē ſalu⁹ erit. De hac Matth.24.
ꝑegrinatiōe.ij. Corē.
v.b. Dū ſum⁹ in hoc
corpe peregrinamur a
dño. Sed m̄ltis religi
oſis pōt dici illō Eſa.
v.c. Vę q̄ ꝯiūgitꝭ do/
mū ad domū: et agrū
agro copulatis. In h̄
eñ q̄ p̄ceptū ſibi da/
tū noluerunt frangere
ꝓpꝫ timorē hieremię:
arguunꝫ illi q̄ manda/
ta hoim magis ſeruāt
ꝓpꝫ timorē p̄ncipū q̄
mādata dei. Eſa.xxix. Ṡ.18.b.
e. Timuerūt me māda/ et.25.b.
to hoim ꝛ doctrinis.
Matth.xv.a. Quare
vos trāſgredimi mā/
datū dei ꝓpꝫ traditio/
nē viam: In his q̄ re/
chabitꝭ itelligūꝫ q̄ ſup
opa p̄ceptoꝝ etiā ꝯ/
B ſilia aggrediunꝫ: vt illi
q̄ oib⁹ ſuis renūciaue
rūt: ſic̄ abraā cū poſſet
de iure hr̄e de ſpolijs
ſodomoꝝ ſupatis illo
rū hoſtib⁹ dixit: q̄ nō
acciperet: Geñ.xiiij.d.
Vñ q̄ dixit: ex oib⁹ q̄
tua ſūt nō accipiā: in/
tellige ſic̄. i. q̄ tibi ꝯce
do: ſed in veritate de
iure oia ꝑtinebant ad
ipſū: q̄ nō erāt ibi ali⁹
ſb cui⁹ dñio eēt. Prę
terea nō tm̄ recuꝑauit
illa q̄ ei ablata fuerāt:
ſꝫ etiā iimicos ſpolia/
uerat/ vñ ꝓprie illa ſpo
lia erāt ſua: etſi min⁹
videanꝫ eē ſua q̄ erāt
ſodomoꝝ: Sic ꝛ oēs
virgines vltra p̄cepta
ſuāt ꝯſilia: ꝛ hęc ꝯſi/
lia abſoluebāt eas a le
ge qua tenebanꝫ decimas ꝛ oblatiōes offerre: Omnib⁹ eñ
renūciauerāt: ꝛ talibus nō fuit lex poſita. Deus eñ obſerua/
torib⁹ legis. ſ. legalis/ ꝓmittebat terrena: ſed obſeruatoribus
conſiliorū ꝛ legis ſpūalis regna cęloꝝ ꝓmittit. Matth.v.a.
Beati paupes ſpū. Sic iſti de ſe ſacrificia deo fecerunt/ im/
plentes legē ſpūaliꝫ. h Ego autē: qui maior ſū ionadab:
imo q̄ ſū vn⁹ dñs ꝛ pr̄ ꝛ creator oim: vt Malach.ij.b. i De
mane ꝯſurgēs ꝛc̄. p ꝓphas. k Conuertimi vnuſq̄ſq̄
a via ſua peſſima. ſ. cogitatiōe/ locutiōe/ ope. l Firma/
uerūt ꝛc̄. i. firmiꝫ tenuerūt. Vñ pōt dici iſtꝭ illō Matth.xij.d.
Viri niniuitę ſurgent i iudicio cum generatione iſta ꝛ condē
nabūt eā: q̄ꝛ ęgerūt pęnitētiā i p̄dicatiōe ionę: ꝛ ecce pluſ q̄
ionas hic. Et ſił̄r de regina auſtri ponit ibi exemplū: q̄ venit
audire ſalomonē: ꝛ tñ pl⁹ q̄ ſalomō h̄. m Vocaui illos. ſ.
p bñficia: n Et nō rñderūt mihi/ p gratitudinem. Vo
caui/ p p̄dicatores. Nō rñderūt/ p obediētiam. Vocaui
p flagella: Nō rñderūt/ p patientiā ꝛ correctionē. Voca/
ui/ p exēpla: Nō rñderūt mihi/ p imitationē. Hęc q̄tuor
Prouer.i.c. Vocaui ꝛ renuiſtis ꝛc̄. o Pro eo q̄ obedi/
ſtis pręcęptis

ſtis ꝓceptis/ ad qḋ tenebanī. a ❡Nō deficiet.i.nō de/
ficiet qn aliqs mihi bñ placeat.ſ. de iſtis: vł de illis q̄ hoꝝ fue
rint imitatores. Et ideo religioſi hanc attēdentes ꝓmiſſionē
imitanē eos. Et in h̄ ē ſpes habēda religioſis: qꝛ ꝓmittit dñs
ꝙ nō deficiet de religiōe qn aliqs ei ibi placeat. Hāc ꝓmiſſio/
nē nō facit illis qui in
mūdo remanēt.
❡Expo. Ca. XXXVI
A Et factū eſt.
Prius arguit
ꝓpħa iudeos
de inobediētia exēplo
rechabitarū: hic autē
A intendit eos deterrere
ꝛ ad pęnitētiā ꝓuoca/
re cōminatiōe futuro/
rū maloꝝ. Hoc capi/
tulū diuidiē in q̄ttuoꝛ
partes. Primo mittit
hieremias ex ꝓcepto
dñi baruch notarium
ſuū q̄ legit ī domo dñi
librū cōmiatiōis: quē
dictauerat hieremias
in die ieiunij: qñ plu/
res cōuenire ſolent: vt
ſic plures ad pęniten/
tiā ꝓuocaret. Scḋo
baruch a ꝓ̇ncipib⁹ vo
catus/ corā ipſis eadē
ꝟba iterauit q̄ legerat
eiſ ꝓus: q̄ ꝛ ipſi abſēti/
b⁹ hieremia ꝛ baruch
regi renunciauerunt:
ibi: Cūq̄ audiſſet.
Tertio ioachim ſe/
dens ī domo hyemali iuxta ignē/ volumē in q̄ legerat baruch
ſcidit ꝛ in ignē ꝓiecit: quibuſdā de ꝓ̇ncipib⁹ ei fauētib⁹: ꝛ qui/
buſdā ꝯdicētib⁹: ibi: Miſitq̄ rex. Quarto ex ꝓcepto dñi
ſcribit hieremias in alio volumīe eadē verba q̄ erāt in pꝛioꝛe
ꝛ multa amplioꝛa cōtra ioachim ꝛ habitatores hieruſalē: ibi:
Et factū ē ꝟbū. Dic̄ ḡ: b ❡Et factū ē ꝛc̄. Tolle volu
mē libꝛi.i. ꝑgamenū vacuū. c ❡Et ſcribes ī eo oīa ꝟba
ꝛc̄. Scribēda ſē ꝟba dñi/ vt ī memoꝛia ſint fixa. Vł ad lr̄aꝫ:
ſcribēda in libꝛis q̄ poſſūt legi a multis. Abacuk.ij.a. Scribe
viſū ꝛ explana ſup tabulas vt ꝑcurrat qui legerit eū. In quo
repḣendunē q̄ ſcribere nolūt ad alioꝝ vtilitatē: vel q̄ ſcribunt
obſcure vel impfecte/ q̄ſi ſibi ſolis. Eccī.xxiiij.d. Videte qm̄
nō ſolū mihi laboꝛaui: ſ; oib⁹ exq̄rētib⁹ ꝟitatē. d ❡Si foꝛte
audiēte domo iuda ꝛc̄. Si foꝛte: non ē nota dubitatiōis
ſ; libertat̄ arbitrij. Ionę.iij.d. Quis ſcit ſi ꝯuertaē ꝛ ignoſcat
de⁹. Et.j. Et vidit de⁹ opa eoꝝ qꝛ cōuerſi ſūt de via ſua ma/
la: ꝛ miſert⁹ ē ſup maliciā quā locut⁹ fuerat vt faceret eis: ꝛ nō
fecit. e ❡Reuertaē vnuſq̄ſq̄ a via ſua peſſima. Ma
la via ē pctm̄ coꝛdis: peioꝛ pctm̄ opis: peſſima pctm̄ cōſuetu/
dinis.ſ.ij.g. O vilis facta es nimis iterās vias tuas. f ❡Et
ꝓpiti⁹ ero iniq̄tati/ maioꝛi. g ❡Et peccato eoꝝ/ mino
ri.ſ.xviij.b. Si pęnitētiā egerit gens iſta a malo ſuo qḋ locu
tus ſū aduerſus eā/ agā ꝛ ego pęnitētiā ſup malo qḋ cogitaui
vt facerē ei. h ❡Vocauit ḡ hieremias baruch/ notariū
ſuū. i ❡Et ſcpſit baruch ex oꝛe hieremię ꝛc̄.i. ſm̄ qḋ
dictabat hieremias. In h̄ īſtruimur ꝙ diligētes debem⁹ eē in
ꝟbo dñi audiēdo/ ꝛ etiā ī ſcribēdo: vt parati⁹ habeam⁹ illḋ cū
fuerit neceſſe. Eccs.vlt.c. Cōpoſuit ſalomon pabolas mł̄tas
q̄ ſiuit ꝟba vtilia ꝛ cōſcpſit ſmones rectiſſimos ꝛ ꝟitate ple/
Verba dñi ſcri/ nos. Triplici aūt rōne ſūt ſcribēda ꝟba dñi. Primo vt in la/
bēda ſūt tripli/ boꝛe honeſto occupeē hō ꝛ mereaē vitā ęternā: ꝛ etiā maioꝛē
ci ratione ſapiāꝫ aq̄rat. Eccī.xxxviij.c. Sapiētiā ſcribe ī tpe vacuitat̄:
ꝛ q̄ minoraē actu ſapiētiā ꝑcipiet: qꝛ ſapiētia replebiē. Secū/
do vt fragilitas hūanę memoꝛię ſcptura ipſa muniaē. Apoc.
j.d. Scribe quę audiſti/ et quę ſunt/ et quę opoꝛtet fieri poſt

data ei⁹ ꝛ feciſti vniuerſa q̄ ꝓ
cepit vob: ꝓpterea hęc dic̄
a dñſ exercituū de⁹ iſrł: Nō defi
ciet vir de ſtirpe ionadab fi/
lij rechab ſtās ī ꝯſpectu meo
cūctiſ dieb⁹. ❡Ca. XXXVI.
b Et factū ēſt in āno q̄r/
to ioachim filij ioſię re
gis iuda: factū ē ꝟbū
h̄ ad hieremiā a dño/ dicēs:
b c Tolle volumē libꝛi ꝛ ſcribēs
in eo oīa ꝟba q̄ locut⁹ ſū tibi
aduerſū iſrł ꝛ iudā: ꝛ aduer/
ſū oēs gentes a die q̄ locut⁹
ſum ad te ex dieb⁹ ioſię vſq̄
d ad diē hāc: ſi foꝛte audiente
domo iuda/ vniuerſa mala q̄
e ego cogito facere eis: reuer/
taē vnuſq̄ſq̄ a via ſua peſſi/
f ma: ꝛ ꝓpitius ero iniq̄tati et
g h peccato eoꝝ. Vocauit ḡ hie/
remias baruch filiū nerię: et
i ſcripſit baruch ex oꝛe hiere/
mię oēs ſermones dñi q̄s lo
cut⁹ eſt ad eū ī volumīe libꝛi.
Et ꝓcepit hieremias baruch
dicēs: Ego clauſus ſum/ nec
valeo īgredi domū dñi. In/
k l grēdere ḡ tu et legē de volu/
mine ī q̄ ſcripſiſti ex oꝛe meo
m verba dñi audiēte pplo ī do/
n mo dñi ī die ieiunij: inſūp et
audiēte vniuerſo iuda q̄ ve/
o niūt de ciuitatib⁹ ſuis: lēges
eis: ſi foꝛte cadat oꝛo eoꝝ in
ꝯſpectu dñi: ꝛ reuertaē vnuſ
quiſq̄ a via ſua peſſima: qm̄
magn⁹ furoꝛ eſt ꝛ indignatio
quā locut⁹ eſt dñs aduerſus
p ppłm hūc. Et fecit baruch fi
li⁹ nerię iuxta oīa q̄ ꝓcepat ei
q hieremias ꝓpheta/ lēgēs ex
volumīe ſermones dñi ī do/
mo domini. Factū eſt aūt in
anno quinto ioachim filij io/
ſię regis iuda in menſe nono

hęc. Vnde.ſ.xxxij.c. pręcepit hieremias libꝛos ſcriptos de
emptiōe reſeruari/ ne pactio a memoꝛia laberet. Tertio/ vt di
uina ſciētia magis elucideē ꝛ multipliceē. Daniel.xij.b. Clau
de ſermōes ꝛ ſigna librū vſq̄ ad tpus ſtatutū: plurimi ptrāſi/
būt: ꝛ multiplex erit ſcientia. k ❡Ingredere ḡ tu: q̄ſi eēt
ego clauſus ſū/ ꝟbū tñ
dñi ñ ē alligatū.ij. Ti
moth.ij.b. In q̄ labo/
ro vſq̄ ad vincula q̄ſi
male opans: ſed ꝟbū
dei non eſt alligatum:
quaſi ideo debes libe/
B re ꝓdicare: ꝛ eſt/ clau/
ſus ſū: ſ; tñ verbū dñi
nō ē clauſū in me. Iō
dicit: l ❡Et lege de
volumīe ī q̄ ſcpſi/
ſti ex oꝛe meo ꝟba
dñi. Ezech.iij.d. Et
audieſ de oꝛe meo ver
bum ꝛ annūciabis eis
ex me. Lege inq̄/ m
❡Audiente pplo in
domo dñi ī die ie/
iunij: qñ homies ſūt
mag̃ deuoti ꝛ audire
pati. Populo/ hiero
ſolymitano. n ❡In/
ſup ꝛ audiēte vni/
uerſo iuda qui ve
niūt ꝛc̄. in die ieiunij
vel feſti ad templū in
hierłm. o ❡Leges
eis/ inq̄: ſi foꝛte ca/
dat oꝛo eoꝝ ꝛc̄. Di
ciē cadere oꝛo ꝓpē hūi
litatē oꝛātis. Diciē aſcēdere vł eleuari ꝓpter feruoꝛē charita/
tis. Eſa.xxxvij.a. Leua oꝛationē ꝓ reliquijs quę repte ſunt.
Et nota hic quattuoꝛ in q̄b⁹ inſtruimur. Primo.ſ. q̄lia doce/
re vel ꝓdicare debem⁹.ſ. verba dñi. Vñ/ Lege de volumi
ne ꝛc̄. Vnde Ps. De medio petraꝝ dabūt voces. Secūdo Ps.103.
quō.ſ. plane ꝛ lucide. Vñ dicit: Audiēte populo. Tertio
quo loco.ſ. publico non occulto. Vñ dicit: In domo dñi.
Quarto quo tempoꝛe.ſ. In die ieiunij. Verba ḡ dñi ꝓdi/
canda ſunt: qꝛ ſpirit⁹ ꝛ vita ſunt: Ioh.vj.g. Ignis etiā ſunt
ad calefaciendū frigidos.ſ.xxiij.f. Verba mea ſūt q̄ſi ignis.
Sūt etiā medicina ꝯtra omnē īfirmitatē. Sap.xvj.b. Neq̄
herba neq̄ malagma ſanauit eos. Habēt etiā virtutē fęcun/
dandi. Eſa.lv.c. Quō deſcendit imber et nix de cęlo ꝛ illuc
vltra nō reuertiē: ſed inebꝛiat terrā ꝛ infundit eā ꝛ germinare
eam facit: ꝛ dat ſemē ſerenti/ ꝛ panē comedenti: ſic erit verbū
meum.ſ.xxiij.e. Propheta q̄ habet ſomnium narret ſom/
niū: et q̄ habet ſermonē meū/ loquaē ſermonē meū vere. Itē
lucide ꝛ plane ꝓdicare debemus. Eccī.xxxiij.b. Sapientia
in oꝛe fidelis cōplanabiē. Neemię.viij.b. Legerūt leuitę ī li/
bꝛo legis dei diſtincte ꝛ aperte ad intelligendū ꝛ intellexerūt
cum legereē. Itē in loco publico ꝓdicandū eſt ꝛ docendū/ nō
occulte/ vt hęretici. Ioh.xviij.d. Ego ſemꝑ docui in ſynago
ga ꝛ in templo quo oēs iudęi cōueniunt: ꝛ in occulto locut⁹
ſum nihil. Act̄.v.d. Et ſtantes loquimī in templo plębi oīa
verba vitę hui⁹. Prouerb.j.c. Sapiētia foꝛis ꝓdicat: in pla/
tęis dat vocē ſuā. Prouer.v.c. Deriuenē fōtes tui foꝛas: et ī
platęis aq̄s tuaſ diuide. Itē ī die ieiunij.ſ.ī mane ē ꝓdicādū:
qḋ ē attentius q̄ꝫ poſt prandiū. Vñ/ ſpūſſanct⁹ datus ē apo/
ſtolis adhuc ieiunis. p ❡Et fecit baruch fili⁹ nerię iuxͣ
oīa q̄ ꝓceperat ꝛc̄. In quo notaē pfecta obedientia diſci/
puli. Baruch dico/ q ❡Legens ex volumine ſermo/
nes ꝛc̄. Hic Glo. Si clauſus ī carcere ꝑ ſemetipſū id facere
nō valens: ꝑ interpꝛetē oīa iuxta id qḋ iuſſū ſibi fuerat exple/
re curauit: Quid ḡ nos inertes ī iudicio dei dicturi ſum⁹: q̄ ſo
luti ꝛ libertate vſi ꝓximis nr̄is dei ꝟbū expēdere negligim⁹.

Ga a Predicauerūt ieiuniū: q2 timuerāt aduētū chaldeoꝝ: et audierunt eos iā venire. Siē/ Jonę.iij.d. dixit rex niniue: Hoies ꝛ iumēta ꝛ boues ꝛ pecora nō guſtēt qcq̄ nec paſcant ꝛ aquā nō bibāt: ꝛ operiant ſaccis homies: ꝛ iumēta clamēt ad dn̄m i fortitudine. b Jeiuniū: vt q̄ ꝑ luxū peccauerāt/ꝑ abſtinētiā pctā ablue rent. Huiuſmodi em̄ pęnitentię exteriores inſtrū habilitāt hoiēs ad gratiā: et fomitē et carnalitatē debilitāt: vt ꝑ quę peccat q̄s ꝑ hęc puniat: Sap.xj.

C c. Et q̄ illicita cōmi/ ſerūt/etiā a licitis ab/ ſtineāt. c Legitq̄ꝫ baruch ex volumi ne ⁊c̄. Nūq̄d p̄dica/ tor deberet ſiſi modo i volumie p̄dicare: vt certi⁹ illa diceret: So lutio. Nō: q2 vilipēde ret p̄dicatio ꝛ nō exci taret deuotionem. d In veſtibulo ſupi ori.i.in parte ſuperiori veſtibuli. e In in/ troitu portę nouę ⁊c̄. Domūcula em̄ il/ la erat iuxt portā q̄ no ua dicebat. Uel forte dicebat noua ꝓpt hoc factū nouū. f Cūq̄ꝫ audiſſet. Nō ſuffecit iſti audire verba dn̄i/ niſi ꝛ alios ad audien dū induceret. Apocl. vlt.d. Qui audit di/ cat veni. g Micheas fili⁹ ⁊c̄. non ille q̄ fuit vn⁹ ex duodecim ꝓphetis. h Miſe/

B rūt itaq̄ꝫ ⁊c̄. ſume i manu tua: nō in ore tm̄: q̄ſi fac qd̄ p̄dicas/ ꝛ ſic audiem⁹ te. Eccl. xxix.d. Quę habes i manu tua ciba cecos. Greg⁹. Cui⁹ vita de/ ſpicit ⁊c̄. i Igit cū audiſſēt oīa v̄ba obſtupuerūt/ꝓpt cōminatiōes q̄ ibi erāt. Talia em̄ debēt eē v̄ba p̄dicatoris/ vt gemitū ꝛ ſtuporē excitēt: nō vulgi clamorē. Hiero⁹. Docēte te/nō vulgi clamor ſ3 gemit⁹ ſuſcitet: lachrymę auditoꝝ lau/ des tuę ſint. Greg⁹. Niſi aſſit ſpūſſanct⁹ i audiētib⁹/ſmo do/ ctoꝝ ē ocioſ⁹: q2 vocalis ſmo exterior nihil opat vbi grā nō inſpirat. k Et interrogauerūt eū.ſ.baruch: l Ex ore ſuo loq̄bat ⁊c̄. q̄ſi ita apte ꝛ ſine ipedimēto ac ſi i libro le/ geret. Uidebat em̄ oīa i libro eternitatꝭ. Jn q̄ patet ꝙ antiq ꝓphę ꝛ apl̄i nō habebāt neceſſe cogitare aut p̄meditari q̄d di/ cerēt: ſ3 dabat eis q̄d loq̄rent. Nō em̄ ipſi erant q̄ loq̄bant ſ3 ſpūſſanct⁹. Joh.xiiij.d. Paraclet⁹ aūt ſpūſſāct⁹ quē mittet pr̄ i noie meo: ille vos docebit oīa: ꝛ ſuggeret vob oīa q̄ dixero

1.Joh.2.d. vob. Jlla em̄ vnctio docebat eos de oīb⁹. m Et ego ſcri/ bebā ⁊c̄. Quę audim⁹/i tabulis cordis carnalib⁹ debemus ſcribere: vt.ij. Corꝭ.iij.a. Ȝ.xxxj.f. Dabo legē meā i viſcerib⁹ eoꝝ: ꝛ i corde eoꝝ ſcribā eā. n Uade ꝛ abſcōdere tu ꝛ hieremias ⁊c̄. Timebāt em̄ ne rex iraſceret ꝛ faceret eiſ ma lū. o Et nūciauerūt audiēte rege.i. dixerūt ꝙ tales ꝛ ta/ les ſmones audierūt. Nota ꝙ iſti regi malo ꝛ nolēti audire/ dicūt v̄ba ꝓphę: ſ3 mlt̄i nolētes audire auertūt aliōſ ne audiāt: ſic ille barien/ſergiū ꝓcōſulē auertebat ne pauli ꝛ barnabę p̄/

a b P̄dicauerūt ieiuniū in cōſpe/ ctu dn̄i omi pp̄lo in hierl̄m ꝛ vniuerſę multitudini q̄ con/ fluxerat de ciuitatib⁹ iuda in

c hieruſalē. Legitq̄ꝫ baruch ex volumie ſermones hieremię i domo dn̄i in gaçophylacio gamarię filij ſaphā ſcribę in

d e veſtibulo ſupiori in introitu portę nouę dom⁹ dn̄i/ audiē

f te omni pp̄lo. Cūq̄ꝫ audiſſet

g micheas fili⁹ gamarię filij ſa phā oēs ſermones dn̄i ex li/ bro: deſcēdit in domū regis ad gaçophylaciū ſcribę. Et ecce ibi oēſ pncipes ſedebāt: eliſama ſcriba ꝛ dalaias fili⁹ ſemeię ꝛ helnathā fili⁹ acho/ bor/ ꝛ gamarias fili⁹ ſaphā: ꝛ ſedechias fili⁹ ananię ꝛ vni/ uerſi principes. Et nūciauit eis micheas oīa verba q̄ au/ diuit legentē baruch ex volu

h mine i aurib⁹ pp̄li. Miſerūt itaq̄ꝫ oēs p̄ncipeſ ad baruch iudi filiū nathanię filij ſele/ mię filij chuſi/ dicētes: Uolu mē ex quo legiſti audiēte po/ pulo/ ſume i manu tua ꝛ ve/ ni. Tulit ḡ baruch fili⁹ nerię volumē in manu ſua/ ꝛ venit ad eos. Et dixerūt ad eum: Sede ꝛ lege hęc i aurib⁹ no/ ſtris. Et legit baruch i aurib⁹

i eoꝝ. Igit cūm audiſſent oīa v̄ba/ obſtupuerūt vnuſq̄ſq̄ꝫ ad ꝓximū ſuū/ et dixerūt ad baruch: Nūciare debem⁹ re/ gi oēs ſermōes iſtos. Et in/

k terrogauerūt eū/ dicētes: In/ dica nobiſ/ quō ſcripſiſti oēs ſmones iſtos ex ore ei⁹. Di/

l xit autē eis baruch: Ex ore ſuo loq̄bat q̄ſi legens ad me

m oēs ſmones iſtos: ꝛ ego ſcri/ bebā in volumie attramēto. Et dixerūt principes ad ba/

n ruch: Uāde et abſcōdere tu ꝛ hieremiaſ: ꝛ nemo ſciat vbi ſitis. Et ingreſſi ſunt ad regē in atriū. Porro volumē cō/ mēdauerūt i gaçophylacio

o eliſamę ſcribę et nūciauerūt audiēte rege oēs ſermones. Miſitq̄ꝫ rex iudi vt ſumeret volumē: q̄ tollēs illud de ga/ çophylacio eliſamę ſcribę le git audiēte rege et vniuerſis p̄ncipib⁹ q̄ ſtabāt circa regē.

p Rex aūt ſedebat i domo hy/ emali in mēſe nono: ꝛ poſita

q erat arula corā eo plena pru nis. Cumq̄ꝫ legiſſet iudi tres

r pagellas vl̄ quattuor: ſcidit

s illud ſcalpello ſcribę ꝛ pro/ iecit i ignē qui erat ſup aru/ lam/ donec cōſumeret omne volumē igni q̄ erat in arula.

dicationē audiret: Actꝭ.xiij.b. ſ3 excecat⁹ fuit. p Rex aūt ſedebat i domo hyemali ⁊c̄. Jſte rex.ſ.ioachim ſignifi cat potētes hui⁹ mūdi: q̄ ſedēt i domo hyemali.i. requieſcūt in vita ſecłari: q̄ ꝑ hyemē notat/ q̄ refrigerat ab amore dei. Ha/ bēt arulā plenā pruniſ corā ſe: q2 delectabilia mūdi hn̄t ꝓ ſua voluptate/ q̄ ad amorē mūdi accēdunt. Hn̄ q̄ hęc duo iūgūt: ſedere i domo hyemali: ꝛ hr̄e Al. hec añ ſe prunas ardētes: q2 quāto magis accē/ dit cor ad amorē mū/ di: tāto magꝭ refrige/ ſcit ab amore dei. Ȝ.i.c. Ollā ſuccenſā ego vi/ deo: et faciē ei⁹ a facie aq̄lonis. Amos.iij.d. Percutiā domū hye/ malē cū domo ęſtiua. Hęc eſt dom⁹ de q̄.Ȝ. xxij.d. Uę q̄ ędificat domū ſuā i iniuſticia. Añ has prunas dn̄m †Joh.18.c. negauit petr⁹. Job.xl. b. Anhelit⁹ ei⁹ prunas ardere facit: ꝛ flāma d̄ ore ei⁹ egredit. S3 dī

E Eſa.xlvij.d. Nō ſūt prunę q̄b⁹ calefiant.ſ. hę predictę prunę. q Arula: forte erat in/ ſtrumentum portatile vbi ponebat ignis: vt patella/ vl̄ craticula. r Pagellas.i. paruaſ paginas: q̄ſi cito faſti diuit: q̄ nec etiā pagi/ nas magnaſ audiuit ſ3 pagellas. s Scal/ pello/ paruo cultello ſcidit ad p̄ceptū regꝭ. Ecce patet verꝫ eē qd̄ dīc Greg⁹. niſi ſit int⁹ q̄ doceat/ doctorꝭ lin/ gua exteri⁹ in vacuū 24.q.1.c. laborat. Jdeo dī p̄di/ nō afferam⁹ cator hieremiaſ ex ore ſuo: q̄ſi legens loq̄: q2 qd̄ loq̄bat eū docebat ſpūſſanct⁹ int⁹ loquēs: q̄ ꝛ neceſſari⁹ ē audiētib⁹ ad h̄ ꝙ obe/ diant. Sine em̄ ſpūſancto v̄bū dei non ē dulce eis. Jdeo dīc Aug⁹: Senſi ꝛ expertus ſū ꝙ palato non ſano pęna ē panis q̄ ſano eſt ſuauis.

Myſtice: p Rex aūt ſedebat ⁊c̄. Reges ꝛ principes Myſtice nō libent audiūt v̄ba dn̄i: ſ3 magꝭ dicūt illud Eſa.xxx.c. Lo/ quimi nob placētia ⁊c̄. Tres pagellę ſacrę ſcripturę ſūt argu/ tio de p̄teritis: icrepatio de p̄ſētib⁹: obſecratio de futuris.ij. Timoth.iiij.a. Argue/ obſecra/ icrepa. Uł q̄ttuor pagellę ſt̄ hiſtoria/ allegoria/ moralitas/ anagoge. Uł illa q̄ttuor q̄ dicit apoſtol⁹.ij. Timoth.iij.d. Omnis ſcriptura diuinit⁹ inſpira/ ta vtilis eſt ad docendū inſcios: arguendū contradictores: corrigendū errantes: erudiendum inſipientes. Uel tres pa/ gellę ſunt argutio de peccato cogitationis/ locutionis/ opis. Uel argutio de peccato/ de iuſticia/ de iudicio. De p̄mo qd̄ fecerunt: de ſecūdo qd̄ neglexerūt: de tertio qd̄ nō timuerūt. Uel p̄dicatio per auctoritates/ per rationes/ ꝑ exempla. Has tres ꝛ quattuor pagellas nō poſſunt audire nobiles ꝛ poten/ tes mūdi: ſed magꝭ dicūt vidētib⁹/ nolite nobis videre q̄ recta ſunt: Eſa.xxx.b. Job.xxj.b. Gaudent ad ſonitum organi: du cūt in bonis dies ſuos: ꝛ i puncto ad inferna deſcendūt. Qui dixerunt deo: recede a nobis: ꝛ ſcientiam viaꝝ tuaꝝ nolum⁹.

Et factū eſt

ꝭ a Temp⁹ triture ei⁹.i.q̄ triturabat alia regna: q̄ſi tempus dilatiōis ꝛ ꝓſpitatis ei⁹: ꝓpt̄ qđ fuit area.i.ī diuitijs abūdās. b Adhuc modicū ꝛ veniet tp̄us meſſiōis ei⁹/ſpoliatiōis/quo ſpoliabit vt ager: ꝛ triturabit ſicut ipſa triturabat alia regna. Et idē qđ dicit ꝑ temp⁹ meſſiōis/pōt ꝛ intelligi ꝑ temp⁹ triture: vt legat̄ ꝟ triture paſſiue/ non actiue.

Rugient/ medi et perſe: ad quoꝝ rugitū ſiue excuſſionē ad ꝑliū ſtupebant babyloniȷ̄. Uel vt leones rugiēt: vt dictū eſt de chaldeis. Leo eīm quādo victus eſt a leopardo/ꝑ indignatiōe rugit: ſic babyloniȷ̄. Myſtice: In leonū rugitu deſignat̄ crudelitas ꝑlatoꝝ. Ezech. xix.b. Tulit vnū de leūculis ſuis: leonē ꝯſtituit eū: qui incedebat inter leones: ꝛ fact⁹ eſt leo ꝛ didicit pꝛedā capere: ꝛ homies deuorare: didicit viduas facere: et ciuitates eoꝝ in deſertum adducere et deſolata eſt terra et plenitudo eius a voce rugitus eius. t Excutient comas veluti catuli leonū/ꝑ ira: ſicut ꝛ leo deuict⁹ excutit comā pꝛe indignatione. Per leones intelligit maioꝛes: per catulos leonum minores. v In caloꝛe eoꝝ.i. eſtu tribulatiōnū quaſ patiant̄ babyloniȷ̄. x Ponā potus eoꝝ.i. auxiliatores eoꝝ ꝛ munitiones in quib⁹ ſperabāt hīe refrigeriū/ vertat̄ eis ī tormētū: ſic pot⁹ licet videat̄ febꝛicitāti refrigeriū: tñ augmētat caloꝛē: ꝛ equ⁹ etiā ī caloꝛe bibēdo facile īfūdit. Uel v In caloꝛe eoꝝ.i. medoꝝ: x Ponā pot⁹ eoꝝ.i. pęnas quas eſtuāti deſiderio affectāt inferre babyloniȷ̄s inferāt. Uel.i. ſicut hō calid⁹ bibit aquā abūdant̄: ſic ipſi punient̄ abūdant̄. Uñ y Et iebꝛiabo eos.ſ. calice irę dñi. z Ut ſopiant̄ ꝛc̄. moꝛte. a Deducā eoſ q̄ſi agnoſ ad victimā/ gladio dñi occidēdos: vt nō poſſint ſe vindicare: ſic nec agn⁹. b Et q̄ſi arietes cū hedis.i. ꝛ maioꝛes ꝛ minoꝛeſ occidēt. Myſtice: v In caloꝛe ꝛc̄. Medic⁹ ī caloꝛe febꝛis nō dat potū infirmo niſi deſꝑato: Sic cū dñs dat ī caloꝛe deſiderij potū abūdantię tꝑalis/ſignū ē repꝛobatiōis. Greg⁹. Maximū ſignū diuinę repꝛobatiōis ē cōtinu⁹ ſucceſſus tꝑaliū. Pſ. Adhuc eſcę eoꝝ erāt ī oꝛe ipſoꝝ: ꝛ ira dei aſcēdit ſup eoſ. Qui ibi ſopiūt̄ doꝛmiūt ſomnū ſēpit̄nū.i. ętnū ſuppliciū incurrūt. a Deducā eos q̄ſi agnos ad victimā. Agn⁹ ꝑ paſcua virentia ducit̄ ad victimā: ſic diuites ad infernū. Pſ. Deduces eos ī puteū interit⁹. c Quō capta ē ſeſach.i. babylon: vt.ſ.xxv.c. dictū ē. d Inclyta.i. domina/ vniuerſę t̄rę. e Aſcendit ſup babylonē mare.i. exercit⁹ medoꝝ: cui nihil pōt reſiſtere/ſicut nec mari. f Multitudine fluctuū ei⁹ opta ē.i. fluctuantis exercit⁹: quia in eis fuit multitudo populoꝝ: ꝛ ideo vocat̄ exercit⁹ ille mare. g Facte ſunt ciuitates ei⁹ ī ſtupoꝛē.i. terrę babylonię.

Myſtice

Ps.77.

Ps.54.

Myſtice ✠ a Temp⁹ triture ei⁹.ſ. mō eſt: ſed b Adhuc modicū ꝛ veniet tp̄us meſſiōis ei⁹ quā ipſe metet falce moꝛtis: q̄ eſt ī manu angeli. Apoc. xiiij.d. Mitte falcem tuam ꝛ mete: q2 venit hoꝛa vt metatur: q2 maturauit meſſis t̄rę. Mich. iiij.d. Surge et tritura filia ſion: q2 coꝛnu tuū ponam ferreū. Sed q̄re deſtruat̄ babylon/ponit̄ cauſa: q2/ c Comedit me ꝛc̄. Loquit̄ in ꝑſona iudęoꝝ ductoꝝ in captiuitatē babylonis: vel in ꝑſona hieruſalē. d Reddidit me q̄ſi vas inane.i. vacuū.

a b temp⁹ triture ei⁹. Adhuc modicū et veniet tp̄us meſſiōis
c ei⁹. Cōmedit me/ deuoꝛauit me nabuchodonoſoꝛ rex ba
d bylōis. Reddidit me quaſi
e vas inane. Abſoꝛbuit me q̄ſi
f dꝛaco: repleuit vētrē ſuū te
g neritudine mea: et eiecit me.
h i Iniq̄tās aduerſū me et caro mea ſup babylonē dic̄ habi
k l tatio ſiō: ꝛ ſāguis me⁹ ſup habitatoꝛes chaldęę dic̄ hieruſalē. Propt̄ea hęc dic̄ dñs:
m Ecce ego iudicabo cauſam
n tuā: ꝛ vlciſcār vltionē tuam.
o Et dēſertū faciā mare ei⁹ et
p ſiccabo venā ei⁹. Et ērit babylon in tumulos/habitatio
q r dꝛāconū ſtupoꝛ ꝛ ſibil⁹: eō ꝙ
s non ſit habitatoꝛ. Simūl vt
t leōes rugiēt/excutiēt comas
v veluti catuli leonū. In cāloꝛe
x eoꝛum pōnā potus eoꝛū:
y z ꝛ inēbꝛiabo eos vt ſopiānt̄ ꝛ doꝛmiāt ſomnū ſempiternū: et non cōſurgant/ dicit dñs.
a Dedūcam eos quaſi agnos
b ad victimam: ꝛ quāſi arietes
c cum hedis. Quōmō capta
c eſt ſeſāch/ et cōpꝛehēſa ē in
d clytā vniuerſę terrę? Quō facta eſt in ſtupoꝛem babylon
e inter gentes? Aſcēdit ſupēr
f babylonē mare: mūltitudie
g fluctuū eius opta eſt. Fācte ſunt ciuitates eius ī ſtupoꝛē: terra ihabitabilis ꝛ deſerta: terra ī q̄ nullus habitet/nec

e Abſoꝛbuit me q̄ſi dꝛaco: q̄ ꝑ nimia ſiti totū fere abſoꝛbet: ſic nabuchodonoſoꝛ cupidus et peſſimus erat. f Repleuit ventrē ſuū teneritudine mea.i. delicatis cibarijs meis: vel iuuenib⁹ de ſtirpe regia/ ꝛ alijs nobilib⁹: q̄s dr̄ in vētre deuoraſſe.i. in maxia vilitate habuiſſe: vt eīm dr̄. iiij. Reg. vlt.c. Oēs nobiles ſecū duxit: ſ paupes ī hierlm̄ reliq̄t. g Et eiecit me/extra t̄rā meā. Myſtice: Rex babylōis ē diabol⁹: q̄ comedit q̄ſi maſticādo/ dū tēptat ꝛ ſuggerit: ſ deuoꝛat/ q̄n pctōꝛ ꝯſētit: abſoꝛbet/ q̄n pctm̄ ope iplet. f Repleuit vētrē ſuū teneritudie mea.i. iuuenib⁹ ꝛ puellis ī eccl̄ia: q̄s q̄ſi fercula delicata libēter comedit: vt maxime nouitios q̄ adhuc habent tenellas virtutes. Thren. ij.g. Uirgines meę ꝛ iuuenes mei ceciderūt gladio. Abacuk. j.d. Pars ei⁹ īcraſſata ē ꝛ cib⁹ ei⁹ elect⁹. Job. xl.c. Abſoꝛbebit fluuiū ꝛ nō mirabit̄. h Iniq̄tas aduerſū me: ſupple ē: ꝛ iō ꝑmiſit de⁹ ſic fieri. i Et caro mea ſup babylonē.i. pęna ꝓ carne mea: quā.ſ. afflixerūt babyloniȷ̄: ſed aīę nocere nō poterunt. k Dicit habitatio ſion.i. dicunt habitatoꝛes hierlm̄. l Et ſanguis me⁹ ꝛc̄.i. pęna ꝓ ſanguie meo ab eis effuſo. Et poſſet eſſe vox martyꝛū/ quo ad ꝑſecutoꝛes/ q̄ ad myſteriū: ſanguis eīm eoꝝ clamabit ī iudicio aduerſus eos. Eſa. xxvj.d. Ecce dñs egredieт̄ de loco ſancto ſuo vt viſitet iniq̄tatē habitatoꝛis t̄rę aduerſū eū: ꝛ reuelabit t̄ra ſanguinē ſuū: ꝛ nō opiet vltra interfectos ſuos. m Ecce ego iudicabo cauſam tuā/ o tu hierlm̄. n Et vlciſcar vltionē tuā. Deut. xxxij.f. Sanguinem ſeruoꝝ tuoꝝ vlciſcet̄: ꝛ vindictā retribuet ī hoſtes eoꝝ. o Et deſertū faciā mare ei⁹: babylonis/ꝑ qđ ad eā veniebāt naues merces poꝛtātes. Uel mare vocat ipſā babylonē: q̄ videbat̄ nō poſſe exhauriri/ſicut nec mare: per quod oēs diuitię cōfluebāt ad eam vndiq̄. Myſtice: Per mare mūd⁹: ꝑ venā luxus hui⁹ mūdi. Uel ꝑ mare/pctm̄: ꝑ venā/fames. Oſee. xiij.d. Adducet dñſ de deſerto ventū vrentē: ꝛ ſiccabit venas ei⁹. Eccl. xj.d. Malicia vni⁹ hoꝛę obliuionē facit luxurię maxię. p Et erit babylon in tumulos/ puluerū vel arenarū. Sic myſtice eſt in eccleſia. Mich. iij.d. Sion quaſi ager arabit̄: ꝛ hieruſalem in aceruū lapidum erit: ꝛ mons templi in excelſa palmarum. q Habitatio dꝛaconū.i. dęmonū: r Eo ꝙ non ſit habitatoꝛ/ in ea. s Simul vt leones rugient: quaſi non vnus ſed omnes.ſ. ꝑ magnitudine ſuę cōfractiōis. Uel

• Myſtice

Myſtice: c Seſach īterꝑtat̄ byſſ⁹ ſacci. Hi ſt illi q̄ pęnitētiā ſuā ī delitijs faciūt/ieiunātes/ſ bona fercula q̄rētes. In byſſo eīm mollicies: in ſacco pęnitētia intelligit̄. Tales ſignificant̄ ꝑ diuitē: de q̄ Luc. xvj.e. Induebat̄ purpura ꝛ byſſo: ꝛ epulabat̄ q̄tidie ſplēdide. Purpura ē pęnitētia: byſſus mollicies. Et talis ſepult⁹ ē ī inferno. De his Aug⁹ ī quodā ſmone de reſurrectiōe. Sūt quidā obſeruatoꝛes q̄drageſimę delitioſi potius q̄ religioſi: exq̄rētes nouas ſuauitates magis q̄ veteres cōcupiſcētias caſtigātes: ꝛ vbi tp̄us refectiōis aduenerit/optimis mēſis q̄ſi pecoꝛa ꝑſepib⁹ irruūt: vētreſq̄ diſtēdūt artificioſiſ ꝛ ꝑegrinis ꝯdimētoꝝ diuerſitatib⁹: tātū capiūt māducādo: quātū digerere n̄ ſufficiūt ieiunādo: Quid icōuenienti⁹ q̄ dieb⁹ hūilitatis quādo paruus guſtus inuitandus eſt/ ita viuere vt ſi toto tempoꝛe ſic viuat̄/ vix poſſint patrimonia diuitum ſuſtinere. Talis ſeſach cōpꝛehenſa ē ꝛ capta.

✠ Et viſitabo ſup bel

a Et viſitabo ſuꝑ bel ī babylone ⁊c. idolū eſt/ī quo ꝯfidebāt. c De ore eiꝰ: q₂ iudei a cyro ꝑmiſſi ſūt redire ī patriā ſuam. e Si quidē ⁊ murꝰ babylonis corruet. i. tota eius fortitudo.

Myſtice a Et viſitabo ſuꝑ bel: quod interpretat̃ ſuꝑior vel vorator: hec ē ꝯcupiſcētia carnis et ſuꝑbia vitę. Interpretat̃ etiam vetuſtas: hec eſt auaricia: q̄ ſemꝑ reſeruat in poſterū. Sȝ dr̃ Eccſ. v. c. Diuitię cōſeruatę ī malū dn̄i ſui. Jaco. v. a. Aurū ⁊ argētū vr̃m eruginauit ⁊ veſtimēta vr̃a a tineis comeſta ſt̃. b Et eijciā qđ abſorbuerat de ore eiꝰ: Sic chriſtꝰ de iferno eiecit ſuos: q̄ſi captiuā duxit captiuitatē. Job. xx. b. Diuitias q̄s deuorauit euomet ⁊c. d Et nō cōfluent ad eā vltra gentes: ſicut ante quādo oēs deſcēdebāt in infernū. f Egredimini de medio eius ⁊c. o iudei q̄ fuiſtis in ea captiui. Deſacili eīn tunc ꝑmiſſi ſunt iudei exire a babylonijs/ne deficerent cibaria ī ciuitate.

Eph. 4. b.

F

trāſiet ꝑ eā filiꝰ homīs. Et vi
a ſitābo ſuꝑ bel in babylone: ⁊
b eijciā qđ abſorbuerat dē ore
c
d eius: ⁊ non cōfluēnt ad eam
e vltra gentes. Si quidē ⁊ mu
f rus babylōis corruet. Egrē
dimini de medio eiꝰ populꝰ
meus vt ſaluet vnuſq̄ſq₃ ani
g mā ſuā ab ira furoris dn̄i. Et
h nē forte molleſcat cor vr̃m:
i et timeātis auditū q̄ audiet̃ ī
k terra. Et veniēt in anno au
l
m ditio: ⁊ pōſt hūc annū audi
n tio et iniq̄tas in terra: et dn̄ā
o tor ſuꝑ dn̄atorē. Proptérea
p
q ecce dies veniūt: et viſitābo
ſuꝑ ſculptilia babylonis: ⁊
oīs terra eiꝰ cōfundet̃: ⁊ vniuerſi interfecti eiꝰ cadent in
r medio eiꝰ. Et laudābūt ſuꝑ
s babylonē cęli et terra ēt oīa
t q̄ in eis ſūt: q₂ ab aq̄lone vē
nient ei ꝓdones/ait dn̄s. Et

Eſa. lij. c. Recedite recedite: exite inde: pollutum nolite tangere. g Ab ira furoris dn̄i: q₂ ſi ibi remāſiſſent/nō poſſet eſſe q̄n anguſtiarent̃ fame cū chaldeis: ⁊ forte deſparēt de ꝓmiſſis. Et hēc/ h Et ne forte molleſcat cor vr̃m. i. turbet̃/vł̃ ſtupeſcat: Vł̃ Molleſcat/ī carnalibꝰ deſiderijs. i Et timeatꝭ auditū ⁊c. ſ. de aduētu medoꝝ: Vł̃. i. tumultū belli eoꝝ. k Et veniet ī anno: q̄ſi de anno ī annū. l Auditio/q. ſ. pſę ⁊ medi ꝑparat ſe ad veniēdū. m Et pꝰ hūc annū auditio ⁊ iniq̄tas ī t̃ra. i. audiet̃ q̄lit ipſi medi ⁊ pſę iniq̄ agēt deſtruēdo oēs gētes. Vł̃/Iniq̄tas. i. pena ꝓ iniquitate quā exercebūt medi ī babylonios. n Et dn̄ator ſuꝑ dn̄atorē. i. alexāder macedo ſuꝑ cyrū vel dariū. Myſtice: m Et pꝰ hūc annū ⁊c. ſ. huiꝰ vitę/audiet̃ a malis illa auditio: Ite maledicti ī ignē ęt̃nū ⁊c. Sȝ iuſti ab auditiōe mala nō timebūt. n Et dn̄ator/deꝰ. o Sup dn̄atorē. i. ꝑncipes malos: q₂ deꝰ potēter affliget tormēt̃ potētes. Eccſ. v. Si viderꝭ calūnias egenoꝝ ⁊ violēta iudicia ⁊ ſubuerti iuſticiā ī ꝓuincia: nō mireris ſuꝑ h negocio: q₂ excelſo excelſior ē aliꝰ: ⁊ ſuꝑ hos q̄ȝ eminētiores ſūt alij: ⁊ inſuꝑ vniuerſę t̃rę rex impat ſuiēti. Baruch. iij. b. Vbi ſt̃ ꝑncipes gētiū ⁊ q̄ dn̄ant̃ ſuꝑ beſtias q̄ ſūt ſuꝑ t̃rā: Exterminati ſūt ⁊ ad inferos deſcēderūt. p Propt̃ea ⁊c. ſ. ꝓpt̃ mala q̄ fecit babylon: q Viſitabo ſuꝑ ſculptilia/in quibꝰ ꝯfidebāt. r Et laudabūt ſuꝑ babylonem cęli ⁊ terra: id eſt angeli ⁊ homines s Et. i. omnia ⁊c. t Venient ei ꝓdones: medi ⁊ pſę.

Myſtice Myſtice q Viſitabo ſuper ſculptilia babylonis: id eſt ꝑlatos mūdanos: q̄ quaſi dij adorant̃ ⁊ nō ſūt dij/vnde peccāt: q₂ ſuſtinēt ſibi īpēdi honorē diuinū: vt dicitur Act̃. xij. d. de agrippa: Statuto die herodes veſtitus veſte regia ſedit ꝓ tribunali: ⁊ concionabat̃ ad eos: populꝰ aūt acclamabat dei voces ⁊ nō hoīs. Cōfeſtim aūt ꝑcuſſit eū angelꝰ dn̄i/eo q nō dediſſet honorē deo: ⁊ ꝯſūptꝰ a vmibꝰ expirauit. ij. Paral̃. xxiiij. c. Ingreſſi ſūt ꝑncipes iuda ⁊ adorauerūt regē: q̄ delinitꝰ obſequijs eoꝝ acq̄euit eis: et dereliq̄rūt tēplū dn̄i dei patrū ſuorū: ſeruierūtq₃ lucis ⁊ ſculptilibꝰ: ⁊ facta eſt ira dn̄i ꝯ iudā ⁊ hierl̃m ꝓpter hoc pctm̄. Ideo Pſ. Cōfundant̃

Matth. 25. d.

Pſ. 111.

Pſ. 96.

oēs q̄ adorāt ſculptilia: et qui gl̃iant̃ in ſimulacrꝭ ſuis. r Et laudabūt cęli ⁊c. i. homines ⁊ angeli gaudebunt ⁊ laudabūt dn̄m: ſic de amotiōe taliū ꝑlatoꝝ. Eſa. ij. d. Eleuabit̃ dn̄s ſolꝰ ī die illa: ⁊ idola penitꝰ ꝯterent̃. v In vniuerſa terra/ad quā ibūt captiui. x Qui fugitis ⁊c. Vox ē ꝓphę. Qui fugitꝭ. ſ. o vos iudei: y Nolite ſtare. ſ. in babylone ſi vultis ſaluari. a Recordamini ꝓcul dn̄i. i. tēpli eius de t̃ra lōginq̄ vbi eſtꝭ poſiti. c Aſcēdat ſuꝑ cor veſtrū/memorātes ꝯſtinę illiꝰ felicitatis. Myſtice: x Qui fugitꝭ gladiū. i. pctā: y Venite/ad corpꝰ dn̄i: alit̃ nō: q₂ q̄ ſumit illđ indigne/iudiciū ſibi mādu cat ⁊ bibit. j. Corꝭ. xj. g. Iō Job. xix. d. Fugite a facie gladij. Eſa. xxj. d. A facie gladij fugerūt. z Nolite ſtare/ocioſi: q₂ ad domū vacantē vñ exiuit diabolꝰ reuertit̃ ⁊ habitat cū ſeptē ſpiritibꝰ nequioribꝰ: ⁊ ſūt nouiſſima hoīs illiꝰ peiora ꝑoribus: vt dicitur Matth. xij. d. Vnde Matth. xx. a. Quid hic ſtatꝭ tota die ocioſi. Hieroꝰ. Semper aliquid boni opis facito/ne te diabolus inueniat ocioſū. Exo. xv. c. Fiāt imobiles q̄ſi lapis. a Recordami ꝓcul domini: q₂ quāto magis hō a deo eſt longe: tāto magis debet cōpūgi. Eſa. xxxj. c. Cōuertimi ſicꝭ ī ꝓfundū receſſeratis filij iſrł̃. Eph. ij. d. Euāgelizauit pacē vobꝭ q̄ lōge fuiſtis: ⁊ pacē hꝭ q̄ ꝓpe. Vel/ꝓcul. i. in hac vita: in q̄ a dn̄o ꝑegrinamur: vt. ij. Corꝭ. v. b. Thren. iij. c. Recordare pauptat̃ ⁊ trāſgreſſiōis meę: abſinthij ⁊ fellis. b Et hieruſalē/ſuꝑna. c Aſcēdat ſuꝑ cor vr̃m: Recordatio eīn gaudiorū cęleſtiū multū ꝓuocat ad bn̄faciēdū ⁊ ad plorādū tā ꝓ dilatione patrię q̄ꝫ pro īcolatu huiꝰ miſerię. Vñ Pſ. Super flumia babylonis illic ſedimus ⁊ fleuimꝰ dum recordaremur ſion. Et poſt: Adhereat lingua mea faucibꝰ meis ſi non meminero tui ⁊c. d Confuſi ſumꝰ: quaſi tu dicis q recordemur hieruſalem: ſed quāto magis illiꝰ recordamur: tanto magis dolemꝰ ⁊ cōfuſi ſumꝰ. Et ſic ē hic vox iudeoꝝ rn̄dentiū ꝓphę: q̄ſi quō faciemꝰ qđ tu dicꝭ/cū inde magis doleamꝰ. e Qm̄ audiuimꝰ opprobriū. ſ. vicinaꝝ gentiū nobꝭ q̄ſi captiuis inſultātiū: q̄ſi locꝰ nr̄ deſertꝰ ſit: ⁊ relicti ſimꝰ a deo. f Opuit ⁊c. q₂ venerūt alieni/babylonij. Vñ Pſ. Deꝰ venerūt gentes ī hereditatē tuā. Alit̃ deberēt dolere chriſtiani de h q capta ē ſancta t̃ra: ⁊ de h q heretici vł̃ iudei iproperāt nobꝭ clericoꝝ ⁊ ꝑlatoꝝ pctā: ⁊ ꝑ h defēdūt errorē ſuū. g Propt̃ea ecce ⁊c. Rn̄ſio ē ꝓphę ꝯſolātꝭ eos ſuꝑ h. h Et viſitabo ſuꝑ ſculptilia babylōis: in q̄bꝰ ꝯfidebāt: i Et in oī t̃ra eiꝰ mugiet. i. plāget. k Si aſcēderit ⁊c. ſuꝑbiēdo. l In excelſo robur ſuū. i. ī altꝭ mōtibꝰ fortiora/caſtra ſua. m Ad me veniēt. i. ſm̄ meā potētiā ⁊ volūtatē ꝑ quā ſolā habebūt potētiā deſtruēdo eos: n Vaſtatores eiꝰ. ſ. pſę ⁊ medi. Job. xx. a. Si aſcēderit vſq₃ ad cęlū. ſuꝑbia eiꝰ: ⁊ caput eiꝰ nubeꝭ tetigerit: q̄ſi ſterq̄liniū ī fine ꝑdet̃. Abdię. j. b. Si exaltatꝰ fuerꝭ vt aq̄la: ⁊ ſi int̃ ſidera poſuerꝭ nidū tuū: inde detrahā te/dic dn̄s. o Vox clamoris de babylōe ⁊c. ſupple audiet̃: p Ex ea vocē magnā. i. ſuꝑbiā: q Et ſonabūt fluctꝰ eoꝝ. i. multitudo exercitꝰ medoꝝ: ſic ī inferno ī tenebris ꝯticeſcēt. Tūc eīn hūliabūt̃ ſic vulnerati ſuꝑbi. Vox coꝝ

Myſtice

Pſ. 136.

Pſ. 78.

quō fecit babylō vt caderēt
occiſi in iſrł̃: ſic de babylone
v cadent occiſi in vniuērſa ter
x
y ra. Qui fugitis gladium vē
z nite: nōlite ſtare. Recordamini
a mini procūl dn̄i: et hierūſalē
b
c aſcēdāt ſuꝑ cor veſtrū. Cōn
d
e fuſi ſumus: qm̄ audiuimꝰ op
f probriū. Opūit ignominia
facies nr̃as: q₂ venerūt alieni
ſuꝑ ſāctificationē domꝰ dn̄i.
g Prōpt̃ea ecce dies veniūt/
h ait dn̄s: ⁊ viſitābo ſuꝑ ſculpti
i lia babylōis: ⁊ in omī t̃rā eiꝰ
k mugiet vulneratꝰ. Si aſcēdē
rit babylon ī cęlū ⁊ firmauerit
l
m rit ī ēxcelſo robur ſuū: ad mē
n veniēt vaſtātores eiꝰ/ait dn̄s.
o Vōx clamorꝭ de babylōe et
ꝯtritio magna đ t̃ra chaldeorū: qm̄ vaſtauit dn̄s babylo
p nē ⁊ ꝑdidit ēx ea vocē magnā
q ⁊ ſonābūt fluctus eoꝝ q̄ſi aq̄

ſupbi. b Vox eoꝝ .i. babyloniorū gemitū: a Dedit ſo
nitū .i. dabit. c Predo/ rex medoꝝ. d Et apphēſi ſunt
fortes ei⁹ .i. babylonis. Per pdonē/ diabol⁹ vel mors: Per
fortes/ illi: de qb⁹ Eſa. v. c. Ve q̄ potētes eſtis ad bibēdū vinū:
⁊ viri fortes ad miſcendā ebrietatē. e Et emarcuit arc⁹

eorum .i. aſtutia ba
byloniorū: qua aſtuti
erāt ad ſagittandum.
Vel ad litteram: ſicut
arc⁹ p nimia ſagitta
tione marceſcit: ſic fiet
de arcubus eorū q ſi
ᵱs. 36. ent eis inutiles. Ps.
Arcus eorū confrin
gat. Vel per arcū my
ſtice/ ſapientia ſecula
ris. Eccs. ix. c. Nō ē
G ratio nec ſapiētia nec
ſcientia apud inferos.
f Quia fortis vl
tor dn̄s ⁊c. Naum
j. a. De⁹ emulator et
vlciſcēs dn̄s/ vlciſcēs
dn̄s in hoſtes ſuos et
iraſcēs/ ipſe patiens ⁊
magn⁹ fortitudine. g
Et inebriabo/ cali
ce tribulationis ire dn̄i.
h Principes ei⁹:
id ē babylonis. i Et
dormient ſomnū
ſempiternū .i. inter
ficient. k Murus
babylōis ⁊c. .i. mu
ri vel munitiōes: in q
bus ſignificant illi qui
alios in ſuis peccatis
defēdūt. Eſa. xxxiiij.
c. Et paliurus in mu
nitionibus eius. Job.
xlj. a. Corpus eius q̄
ſi ſcuta fuſilia. Eſa. ij.

a
b mitte. Dedit ſonitū vox eoꝝ:
qꝛ venit ſup eā: id eſt ſup ba
c
d bylonē predo. Et apphēſi
e ſunt fortes ei⁹ ⁊ emarcuit ar
f cus eoꝝ: qꝛ fortis vltor dn̄s
g reddens retribuet. Et inebri
h abo pncipes ei⁹: ⁊ ſapiētes ei⁹
duces ei⁹/ ⁊ magiſtrat⁹ eius/ ⁊
i fortes eius. Et dormiēt ſom
nū ſempiternū/ et nō expgiſ
cent/ ait rex: dn̄s exercituum
nomē ei⁹. Hec dicit dn̄s ex
k ercituū. Murus babylonis
ille altiſſim⁹ ſuffoſſione ſuffo
l
m diet: et porte ei⁹ excelſe ignē
cōburent ⁊ labores populo
n rū ad nihilū ⁊ gentiū i ignē
o erūt/ ⁊ diſpibunt. Verbū qd
pcepit hieremias pphcta ſa
raie filio nerie filij maaſie cū
pgeret cū ſedechia rege i ba
p bylonē/ i anno quarto regni
q eius. Saraias autē erat pn
ceps pphetie. Et ſcripſit hie
remias oē malū qd ventu
rū erat ſup babylonē i libro
vno: oia verba hec q̄ ſcripta
ſunt cōtra babylonē. Et di

c. Dies dn̄i ſup oēm murū munitū. l Et porte ei⁹ excelſe/
plati: m Igne cōburent/ cupiditatis: ⁊ in fine igne eter
no. n Et gentiū/ labores. o Verbū qd pcepit hie
remias ⁊c. .i. res digna verbo. Nota/ ſedechias in tertio an
no regni ſui iuit in babylonem/ quaſi videre nabuchodono
ſor: qui eum in regem ſublimauerat poſt iechonie trāſmigra
tionē: vel pter aliā forte cauſam. Hieremias aūt oia q̄ dicta
ſūt de onere babylōis ſcripſit i quodā quaterno: ⁊ tradidit ea
saraie q̄ iuit cū ſedechia/ pcipiēs ei vt qn̄ veniret i babylonē
iret ſup flumen/ ⁊ diceret: Dn̄e tu locut⁹ es ⁊c. Et poſtea
legeret oia verba illius quaterni: quo facto/ ipſum quaternū
colligatū lapidi ne ſupenataret pijceret i euphraten: ſignās
q ita babylon deſtrueret. p In anno quarto regni
eius. Vn̄ hoc factū eſt ante deſtructionē hieruſalem. Vn̄ ⁊ hec
pphetia ſimiliter tunc facta eſt. q Saraias autē erat
pnceps pphetie/ eo .ſ. q pphetiā illā in ſcriptū redactam
ſaluabat. Vl. .i. interpres pphetie: Vel .i. ſenior inter pphas:
⁊ ei⁹ erat pbare quis eſſet bonus vel falſus ppha: vel qs di
gnus ad exponendū pphetias. r Cū veneris in babylo
nē ⁊c. Precepit ei hieremias vt hec proferret verba coram
iudeis qui erant in babylone. s Cūq̄ cōpleueris ⁊c.
ligabis. Myſtice liber ligatus ad lapidē eſt decalogus ſcri
ptus in lapide .i. duro corde. t Et pijcies illū in me
diū euphraten: qd iterptat frugifer. In quē libꝝ mittit q
p fructu temporalium diſcit vel docet. s. xiij. b. Iuxta euphra
ten cōputruit lumbare hieremie. v Sic ſubmerget ba
bylon .i. deſtruet vel vaſtabit. Apoc. xviij. f. Suſtulit vn⁹
angel⁹ fortis lapidē q̄ſi molarem magnum: et miſit in mare/

dicēs: hoc impetu mittet babylon ciuitas illa magna: ⁊ vltra
non inuenietur. Expo. Ca. LII.

Huc uſq̄ verba hieremie ⁊c. Que a principio
hui⁹ libri vſq̄ nūc dicta ſūt/ fuerūt pphetica: que aūt
hic ſequuntur magis ſunt hiſtorica. Et ideo dicitur
hic: Huc uſq̄ ver
ba hieremie. Nam
ea q̄ ſequunt magis ſūt
hieremie: nō inquātū
eſt ppha ſed hiſtorio
graphus. Quidā etiā
dicūt q hoc capitulū
additū fuit a baruch
notario hieremie de
ſcribēte captiuitatem
hieruſalē ⁊ deſtructio
nem: vt ſic cōpetenter
poſſent continuari la
mētationes facte pro
eius deſtructione. Di
uidit autē hoc capitu
lum i ſex partes. Pri
mo oſtendit tempus
obſidionis hieruſalē:
pmiſſo tamē tempore
regni ſedechie/ et no
A mine matris ſue. Se
cūdo deſcribit temp⁹
captiuitatis hieruſalē:
ibi: Menſe autem 4. Reg. 2. 2. Paral.
quarto: Vbi etiam
fuga ⁊ compꝛehenſio
ſedechie et bellatorū
eius oſtendit. Tertio
tempus combuſtiōis
ciuitatis et templi de
ſcribit: ibi: In men
ſe autem quinto.
Quarto oſtēdit pro
pheta q de pauperi
bus terre quidā trāſla
ti ſunt in babylonem:

xit hieremias ad saraiā: Cū
r veneris in babylonē ⁊ vide
ris et legeris oia verba hec/
dices: Domine tu locut⁹ es
contra locum iſtum: vt diſp
deres eū/ ne ſit qui in eo ha
bitet ab homine vſq̄ ad pe
cus: ⁊ vt ſit ppetua ſolitudo.
s Cūq̄ compleueris legere li
brum iſtū: ligabis ad eum la
t pidem/ et pijciēs illū in me
diū euphraten/ ⁊ dices: Sic
v ſubmerget babylon: ⁊ nō cō
ſurget a facie afflictiōis quā
ego adduco ſup eam/ et diſ
ſoluet Capi. LII.

x
y Huc uſq̄ verba hiere
mie. Filius viginti ⁊
vni⁹ āni erat ſedechi
as cū regnare cepiſſet: ⁊ vn
decim annis regnauit in hie
ruſalem. Et nomen matris
ei⁹ amithal/ filia hieremie de
z lobna. Et fecit malū in ocu
a lis domini iuxtā omnia que
b fecerat ioachim: qm̄ furor
dn̄i erat i hieruſalem ⁊ i iuda vſq̄
c
d quo pijceret eos a facie ſua.

quidam dimiſſi in iudea ad terram colendam: ibi: De pau
peribus autē. Vbi etiam agit de tranſlatione vaſorum ⁊
ornamētorū templi. Quinto numerat ppheta pſonas trāſla
tas in babylonē ⁊ quoſdam occiſos: ibi: Et tulit magiſter
militie. Sexto oſtendit quomō miſericordia facta ſit cum
ioachin qui ſe tradidit chaldeis ad conſiliū hieremie/ in cōfu
ſionem ſedechie ⁊ principum qui noluerūt hoc facere ad con
ſiliū hieremie: ibi: Et factū eſt. Et ſic eodem fine terminat
liber hieremie/ quo et quart⁹ Regū. Propter qd quidā eſti
mauerūt quartū librum Regum compilatū eſſe a hieremia.
x Huc uſq̄ verba hieremie .ſ. pphete: ſed amodo ipſi⁹
vt hiſtoriographi. Vel ſequētia ſūt verba baruch. y Fi
lius viginti ⁊ vnius anni erat ſedechias .ſ. cōſimilis
erat homini habenti talem numerum annorū/ cū regnare
cepiſſet. Vel ad litterā/ tot fuit annoꝝ. z Et fecit malū
in oculis domini. Boetius. Magna nobis indicta ē ne Boet. de cōſ. li. 5. pſa. 6.
ceſſitas probitatis/ niſi diſſimulare velim⁹/ cū omnia agam⁹
ante oculos iudicis cuncta cernentis. Heb. iiij. d. Oia nuda
⁊ aperta ſūt oculis eius ad quē nobis ſermo. Sed ſpecialiter
in oculis domini mala facit: qui in locis ſanctis peccatū co
mmittit: vt in ſcholis: vel in clauſtris/ vel eccleſia/ vel cimite
rijs. s. xj. c. Quid eſt q dilectus me⁹ facit in domo mea ſce
lera multa: a Iuxta omnia que fecerat ioachim/ fra
ter ei⁹. b Quoniā furor domini erat in hieruſalē ⁊
in iuda .i. iratus erat dominus cōtra beniamin ⁊ iudā/ pro
pter peccata illorum/ ſiue cōtra duas tribus. c Vſq̄ quo
.i. donec: d Proijceret eos a facie ſua: id eſt a terra
promiſſionis: vbi eſt facies domini: id eſt a protectione ſua.

a Et receſſit ſedechias a rege babylonis. Factū eſt aūt in
b anno nono regni ei⁹/in mēn
ſe decimo:decima die mēſiſ
venit nabuchodonoſoꝛ rex
babylonis/ipſe ⁊ oīs exer/
citus eius aduerſus hieruſa
lem/⁊ obſederūt eam/⁊ ędifi
c cāuerūt ꝯtra eā munitiones
in circūitu:⁊ fuit ciuitas ob/
ſeſſa vſqꝫ ad vndecimū an/
d nū regni ſedechię. Mēnſe
autē quarto nona die mēſis
e obtinūit fames ciuitatem:et
nō erāt alimenta pplo terrę.
f Et dirūpta eſt ciuitas/⁊ oēs
g viri bellatoꝛes eius fugērūt
h exieruntqꝫ de ciuitate nōcte
i k pēr viā poꝛte q̄ ēſt inter du/
l os muros/ēt ducit ad hoꝛtū
regis:chaldęis obſidētibus
m vꝛbem in gyro : ēt abierunt
per viā quę ducit i heremū.
Perſecut⁹ eſt autē chaldęo
n rum exercitus regē/ēt appꝛe
hēderūt ſedechiā in deſerto
o qđ eſt iuxta hiericho : ēt oīs
comitat⁹eius diffugit ab eo.
Cūqꝫ cōpꝛehēdiſſent regem
adduxerūt eū ad regem ba/
p q bylōis in rēblatha q̄ ēſt i ter
r ra emath:⁊ lōcut⁹eſt ad eum
s iudicia. Et iūgulauit rex ba
t bylōis filioſ ſedechię/ i ōcul
ei⁹:ſ; ⁊ oēs pncipes iuda oc/
v cidit in reblatha. Et ōculos

a Et receſſit ſedechias a rege babylonis: vt nō red
deret ei ſolitū tributū. Jdō em̄ a tributo receſſit: q2 cōfidebat
in ęgyptijs/credēs q2 poſſent eum liberare de manu nabucho
donoſoꝛ. b In mēſe decimo. Adhuc ieiunāt iudęi deci/
mo mēſe. Zach.viij.d. Jeiuniū q̄rti/⁊ ieiuniū q̄nti/⁊ ieiuniū
ſeptimi ⁊ ieiuniū deci
mi:erit vobis in ſolen
ℨ.29.a. nitates p̄claras : q2.ſ.
Reg.25.a. illo menſe facta eſt ob/
ſeſſio hieruſalē: vt ibi
Myſtice dicit in Glo. Myſti/
ce:Sedechiaſ fuit no
mie. (Interp̄tat em̄
iuſtificās) ſ; vita peſ/
ſim⁹/q2 fuit idolatra :
⁊ ſignificat p̄latū ma/
lum:qui noīeten⁹ bo/
nus eſt. Dicit em̄ epi/
ſcopus/qđ ē dicere ſu/
perintendēs : ſed vita
malus eſt/malo exem
plo ſuo multos coꝛrū
pens. Vñ merito dici
tur regnaſſe vndecim
annis:i quo ſignifica/
tur trāſgreſſio manda
toꝛū dei. Et i anno no
no venit ꝯtra eū nabu
chodonoſoꝛ:i q̄ ſigni/
ficat omiſſio neceſſa/
rioꝛū. Propter hęc duo venit diabolus cōtra p̄latū: quia.ſ.
tranſgredit/ vel omittit p̄cepta dei. c Et ędificauerunt
cōtra eam munitiōes in circūitu. Eccs.ix.d. Ciuitas
parua/⁊ pauci in ea viri: venit cōtra eam rex magnus ⁊ valla
uit eam : ⁊ extruxit munitiones per gyrum/et pfecta eſt obſi/
Ps.121. dio. Ciuitas parua/eſt eccleſia: De qua Ps. Hieruſalē quę
ędificat vt ciuitas. Parua dicit reſpectu ciuitat. diaboli: De
qua Daniel.iiij.f. Nōne hęc eſt babylon ciuitas magna quā
ędificaui in foꝛtitudine mea? Jn qua pauci viri ſūt.i.homies
viriles reſpectu mulierū.i.molliū ⁊ effęminatoꝝ: quia ad mā
data pharaonis oēs maſculi occidunt/et fęminę reſeruant:
vt dicit Exo.j.d. Rex magnus qui venit cōtra eam/eſt dia/
bolus:qui ſup magnos regnat.i.ſuperbos: vt dicit Job.xlj.
d. Et quia regnū eius magnū eſt.ſ.totus mūdus/cuius dicit
pꝛincipes. Jſte rex obſedit eccleſiā ⁊ extruxit per gyrum mu
nitiones quib⁹expugnat eam: Ex vna parte ſunt hęretici be/
ne muniti ꝯtra eccleſiā:ex alia tyranni:ex alia falſi fratres:ſu/
perius ſunt mali pꝛęlati:inferius mali ſubditi. Et oēs impu/
gnant eccleſiā. Prouerb.xxix.a. Homines peſtilentes diſſi/
pant ciuitatem. Eſa.xxvij.c. Ciuitas munita deſolata erit :
ſpacioſa relinquetur ⁊ dimittetur quaſi deſertū. d Men/
ſe autem quarto noua die menſis. Jdeo ieiunant iu/
dęi menſe quarto: vt dicitur Zach.viij.d. Jeiunium quarti.
e Obtinuit fames ciuitatem. Sic myſtice defect⁹ do/
ctrinę cauſa eſt captiuitatis eccleſię. Prouerb.xxix.c. Cum
defecerit pꝛopheta/ diſſipabit populus. Vnde Judith.vij.
Non potuiſſent ſe defendere viri de bethulia/aqua eis abla/
ta ab holoferne/niſi dñs pꝛuidiſſet eis. Amos.viij.d. Mittā
famē in terrā: nō famē panis/neqꝫ ſitim aquę:ſed audiēdi ver
bum dei. f Et dirupta eſt ciuitas:non tunc ſed poſt.ſ.
menſe q̄nto/ſeptima die: vt habet.iiij. Reg.vlt.c. g Fu/
gerunt exierūtqꝫ de ciuitate. Sic mercēnari⁹ p̄dicatoꝛ
Job.10.b. vel pꝛęlatus/dū videt lupum venientē fugit:quia nō ē verus
paſtoꝛ /nec pertinet ad eum de ouib⁹:ſed magis de ſtercoꝛib⁹
de ciuitate eccleſię. h Nocte/culpe. Sic cū iudas exiuit de
apoſtolis/erat nox: vt dicit Job.xiij.d. i Per viā poꝛ/
tę.i.quę erat iuxta illam poꝛtā. k Quę eſt inter duos
muros: q̄ ſic dicebatur. Expone vt.ſ.habes.xxxix.a. Tota
em̄ ciuitas clauſa erat duab⁹ muris p̄terqꝫ i poꝛta illa vbi erat
hoꝛt⁹ regis: Vñ poꝛta q̄ ibi erat/dicebat poꝛta iter duos mu/
ros. Scdm alios / muro vno cingebant dom⁹ regis ⁊ tēplū:
⁊ alia pars ciuitatis in qua nobiles habitabāt alio muro:⁊ in/
ter hos duos muros erat quędā poꝛta p quā via erat ad hoꝛ/
tum regis. Vñ: i Per viā poꝛtę q̄ eſt inter duos mu/
ros.i.p foramen poꝛtę qđ in ipſa nocte fecerūt/ne fugientes
pꝛciperent a chaldęis.
Myſtice. k In/ Myſtice
ter duos muros.i.
inter duo teſtamenta:
ſunt hęreſes/non ple/
ne i atrio. Eſa.xxij.c.
Lacū feciſtis inter du
os muros. l Et du
cit ad hoꝛtū regi:
q2 ad delitias tendūt
omnes hęreſes. m
Et abierūt per vi/
am quę ducit i he
remū.iiij. Reg.vlt.
b.habet. Per viā quę
ducit ad cāpeſtria ſo/
litudinis . Ecce q2 eſt
eadem via ad hoꝛtum
et ad heremum : quia
et in heremo clauſtri
multi nō quęrunt niſi
delitiaſ:⁊ ſic vinea na
both cōuertit in hoꝛ/
tū olerum. iij. Reg.
xxj.a.i.auſteritaſ clau/
ſtri in delitias. Ezech.xxxvj.g. Terra illa inculta facta eſt vt
hoꝛtus voluptatis.i.clauſtrū qđ incultum ſolet eſſe per rigo/
rem pęnitētię:modo carnalib⁹ delitijs affluit. Sed ibi cōpꝛe/
hendunt q̄ fugiunt illuc. Eſa.xxxij.d. Deſertum erit in cher/
mel:id ē clauſtꝝ in delitias :⁊ chermel in ſaltū reputabit:id ē
fient infructuoſi carnales. n Et appꝛehenderūt ſede/
chiam in deſerto qđ eſt iuxta hiericho:nō in hiericho
ſed citra:q2 em̄ nō deficiunt a ſeipſis in clauſtro:iō capiunt a
diabolo. Luc.x.e. Hō q̄dā deſcēdebat a hierl'm in hiericho.
Vel p deſertū hiericho ſignificat lata et ſpacioſa via peti q̄ Matth.7.b.
ducit ad moꝛtē. Geñ.xxxvij.d. Jnuenit ioſeph frēs ſuos in
dothaim:qđ interpꝛetat defect⁹. o Et oīs comitat⁹ ei⁹
diffugit ab eo. ſ.xxxviij.f. Seduxerūt te viri pacifici tui:
demerſerūt te i ceno ⁊ i lubꝛico pedes tuos ⁊ receſſerūt a te.
Hi ſunt amici foꝛtunę: q̄ cū ea veniūt/⁊ cū ea recedūt. Ecci.
vj.b. Ab amicis tuis attēde: Eſt em̄ amic⁹ ſcdm tēpus ſuū:⁊
nō permanebit in die tribulatiōis. p In reblatha:hęc eſt
antiochia. q Quę eſt in terra emath:nomen eſt terrę.
Licet em̄.ſ.xlvij.a.emath nomen ē ciuitatis: tñ hic eſt nomē
terrę. Myſtice: p Reblatha/interpꝛetat multa hęc:et Myſtice
ſignificat abundantiā tempoꝛalē. Emath/interpꝛetat foꝛmi
dans eos:⁊ ſignificat diuites auaros. Ps. Ecce ipſi peccato
res ⁊ abūdātes in ſęculo obtinuerūt diuitias. Jbi excęcat ſe/ Ps.72.
dechias. Ps. Cōquaſſabit capita in terra multoꝛū. Jdeo dr Ps.109.
Ecci.xj.b. Fili nō in mltis ſint act⁹ tui:ſi em̄ diues fueris nō
eris immunis a delicto. Ecci.xxxviij.c. Qui minoꝛatur actu
percipiet ſapientiā. r Et locutus ē ad eum iudicia.i.
iuſte iudicauit eum qui diſſoluerat pactum de tributis ſoluen
dis. Vnde de ipſo dicit Ezech.xvij.e. Nunq̄d pꝛoſperabit
vel conſequet ſalutē q̄ fecit hęc:⁊ qui diſſoluit pactū/ nūq̄d ef
fugiet? Viuo ego dicit dñs: quoniā in loco regis q̄ conſtituit
eum regē/cuius fecit irritū iuramentū/⁊ ſoluit pactum qđ ha/
bebat cū eo/in medio babylonis moꝛiet. s Et iugulauit
rex babylōis filios ſedechię.i.diabol⁹/ bona opa: De
qb⁹ Ps. Et videas filios filioꝝ. t In oculis ei⁹:ſm illđ. Ps.127.
Ps. Deſcēdāt in infernū viuētes. Numeri.xxiiij.c. Qui ca/ Ps.54.
dens apertos habet oculos: h ē ꝓpꝛie errare coꝛde. Abacuk.
ij.c. Peccauit anima tua. v Et oculos ſedechię eruit.
Glo.i.lumen intelligētię. Prouerb.xxx.c. Suffodiant eum
coꝛui de toꝛrētib⁹. Ecce q2 mala vita aufert intelligentiā:ſicut

ecõtrario obediētia mandatoꝝ dat intelligentiã ſecretorū: vt
Pſ.118. dicit ſup illud Pſ. A mandatis tuis intellexi. Et maxime in
reblatha.i.in tēporali abūdātia vel ſollicitudine auferꝭ intelli
gentia. Vñ Judic.xvj.c. Ad molã excecatus fuit ſanſon. a
¶Et vinxit eū cõpedib⁹.i.pctõꝝ funib⁹: qḋ fit ꝑ ꝯſuetudi/
nē peccãdi. Prouer.
v.d. Funibus pctõꝝ
ſuoꝝ qſq; cõſtringiꝭ.
C Eccl.xxxiij.d.Seruo
maliuolo tortura et
cõpedes. b ¶In do/
mo carceris. Sic aïe
damnatorū ſunt mō i
Al.tðle carcere īferni/i die iu/
dicij ante iudicē ꝑdu/
cendę/vt ibi in corpo/
re accipiant ſententiã
ęterne damnationis.
c ¶In menſe autē
quinto. Ideo ieiu/
nãt iudei in mēſe quin
to.Zach.viij.d.Jeiu
nium quinti. d ¶Ue/
nit nabuçardan.
Nabuçardã interpre/
tatur ꝓpheta alieni iu
dicij: ⁊ ſignificat ven/
B tris ingluuiē: qui ſem/
per ꝓpherat ferculorū
abundantiã vnde iu/
dicãt alij. Hic deſtru/
it hieruſalē/qḋ nō po/
tuit nabuchodonoſor:
q2 aliquãdo gula ſub/
uertit qḋ ñ poteſt ſup
bia. Johel.j.a.Reſi/
duum locuſtę come/
dit bruch⁹. Unde cu/
ſtos tuus eſt in ore.
Hoc dicitur principi militię: qui ſecum adduxit multa vitia:
Ro.xiij.d. Non in comeſationibus et ebrietatibus: non in
cubilibus et impudicitijs ⁊c. Ideo Prouerb.xx.a. Luxuri/
oſa res eſt vinum: ⁊ tumultuoſa ebrietas. Et iterꝫ. Prouerb.
xxiij.d. Ne intuearis vinum quãdo flaueſcit: cum ſplenduerit
in vitro color eius: ingrediꝭ blande et in nouiſſimo mordebit
vt coluber: oculi tui videbūt extraneas: ⁊ cor tuū loqueꝭ per/
uerſa: ⁊ eris ſicͭ dormiēs in medio mari: ⁊ q̄ſi ſopit⁹ guberna/
tor amiſſo clauo: q̄ſi hęc oïa mala ſequunꝭ. Jō dr Oſee.iiij.c.
Uinū ⁊ ebrietas aufert cor. Uñ. e ¶Et icēdit domū dñi.ſ.
igne luxurię. Uñ Eph.v.d. Nolite inebriari vino i q̄ ē luxu/
Job.31.b. ria: Quę ē ignis vſq; ad cõſūptionē deuorãs. f ¶Et totū
murum hieruſalē per circūitū. Hęc enim peſtis totum
conſumit. Abacuk.j.d. Totum in hamo ſuo leuauit/extraxit
illud in lagena ſua: ⁊ cõgregauit in rete ſuum. Qḋ poteſt ex/
poni de negligentia. g ¶Deſtruxit cunctus exercitus
chaldęorū ⁊c.i.vitioꝝ q̄ adduxit luxuria. h ¶De pau
perib⁹ ⁊c. q2 nō oēs pauperes fuerūt occiſi: vt dictū eſt. i
¶Quod remanſerat in ciuitate: qḋ.ſ.non fuerat mortuū
gladio vel fame vel peſte. k ¶Et de profugis qui tranſ/
fugerãt ⁊c. timore vel ꝑditione. l ¶Et ceteros de mul/
titudine tranſtulit ⁊c. in babylonē. m ¶De paupibus
vo terrę reliquit nabuçardan ꝑnceps militię vini
tores. Sic hodie viles ⁊ inſcij īſtituūꝭ ꝑlati. Eccs.x.b. Eſt
malū qḋ vidi ſub ſole/q̄ſi ꝑ errorē egrediēs a facie principis:
ſtultū poſitū i dignitate ſublimi: ⁊ diuites ſedere deorſum: q̄
ſcꝫ habēt ſpirituales diuitias. Iſti agricolę et vinitores male
cuſtodiunt vineã vel agrū ſuū. Prouerb.xxiiij.d. Tranſiui ꝑ
agrum hominis pigri: ⁊ per vineã viri ſtulti: ⁊ ecce totū reple
Aliter uerãt vrticę ⁊ ſpinę. Uel in bono expone: q2 pauperes debēt
eſſe prelati ⁊ abiecti in mūdo. Oſee.ij.c. Dabo eis vinitores

a ſedechię eruit ⁊ vinxit ēū cō
pedibus. Et adduxit eū rex
babylõis in babylonē/et po
b ſuit eū in dōmo carceris vſq;
c ad diē mortis ei⁹. In mēn/
ſe aūt q̄nto decima mēſis:
ipſe eſt annus nonuſdecim⁹
nabuchodonoſor regis ba/
d bylõis: vēnit nabuçardã ꝑn
ceps militię q̄ ſtabãt corã re/
e ge babylonis in hieřlm: ēt in
cendit domū dñi ⁊ domū re/
gis ⁊ oēs domus hieřlm: ⁊
omnē domū magnã igne cō
f buſſit: ⁊ tōtū murū hieřlm ꝑ
g circuitū dēſtruxit cūctus ex
ercitus chaldęorū q̄ erat cū
h magiſtro militię. Dē paupe
ribus autē ꝑpli ⁊ de reliquo
i vulgo qḋ rēmãſerat in ciui/
k tate ⁊ dē ꝑfugis q̄ trãſfuge/
l rant ad regē babylonis: ⁊ cē
teros de multitudine trãſtu/
lit nabuçardã ꝑnceps mili/
m tię. Dē paupib⁹ vo ťrę reli/
q̄t nabuçardã ꝑnceps mili/
n tię vinitores ⁊ agricolas. Cō
lūnas quoq; ęreas q̄ erãt in
o domo dñi et baſes ēt mare
ęneum qḋ erat in domo dñi
p cõfrēgerūt chaldęi: ⁊ tulerūt
q oē ęs eoꝝ in babylonē. Et lē
r betes ēt creagras ⁊ pſaltēria
s
t ⁊ phiãlas ⁊ mortariola ⁊ om
nia vaſa ęrea q̄ in miniſterio
v fuerant tulerūt ēt hydrias ēt
x
y thymiamateria/ēt vrceos et
peluēs ⁊ cãdelabra ⁊ morta
z ria ēt cyathos: Quotq̄t au/
rea aurea: ⁊ quotq̄t argētea
a argētea. Tūlit magr militię
b colūnas duas/ēt mare vnū
⁊ vitulos duodecim ęreos q̄
c erant ſub baſibus: q̄uas fe/
cerat rex ſalomō i domo dñi.
d Nōn erat pondus ęris oim
e vaſorū horum. De colūm/
f nis autē dācem ⁊ octo cubi/
ti altitudinis erant in colum
na vna ⁊ funiculus duode/

ex eodē loco. p ¶Confrēgerūt chaldęi. Cõtra.ſ.xxvij.
d. Hęc dicit dñs ad vaſa q̄ derelicta ſūt i domo dñi/in baby/
lonē trãſferenꭍ ⁊ inde ea afferri faciã ⁊ reſtitui in loco ſuo: Et
loquiꝭ ibi de colūnis ⁊ baſibus. Solutio. Reuera hęc cõfre/
gerunt: Cum autē dicit afferri ea faciam: li/ ea/ habet ſimpli/
cem relationem. n
¶Columnas/ maxi/
me enim principales
quę erant in tēplo. o
¶Et mare/ lauatori/
um quoddam. q ¶Et
lebetes/ad colligen/
dos cineres. r ¶Et
creagras.i.fuſcinu/
las: cū quibus carnes
extrahebãt: quę grece
dicūꭍ/χρεάγρη/ Ul
ꝫm alios creagrę ſunt
craticulę. s ¶Et pſal
teria/vaſa ſunt muſi/
ca. t ¶Et phialas.
Dicūt quidã: q2 phia/
lę erant vitreę ad pro/
E bandū vinum libami/
num: non ſolū quo ad
ſaporē/ſed quo ad co/
lorem. Unde dicitur a
hyalos: qḋ grece ſo/
nat vitrū. Cyathi aūt
minores erant ⁊ angu
ſtiores ⁊ aurei: quib⁹
fundebaꭍ vinū ſup al/
tare ꝓ hoſtię libamen
to. Qḋ forte ſic diſtin
guēdū ē: q2 in phialis
ꝓbabaꭍ vinū: in thu/
ribulis th⁹: i cyathis
oleū. Uel forte phia/
lę argētęę erant: ſ3 no/
mē vitri habebãt: vt dixi: q2 erãt factę ad modū vaſoꝝ vitre/
orū. v ¶Et hydrias: in quibus forte oleum ponebaꭍ: vel
ſanguis infūdebaꭍ. Uel forte vaſa erãt in quibus ponebatur
aqua ad lauandos pedes. x ¶Et thymiamateria: in qui/
bus thymiama ſeruabatur. y ¶Et vrceos: vbi ponebaꭍ
vinum. z ¶Quotquot aurea/aurea: ⁊ quotquot ar/
gentea/argentea: q̄ſi vaſa aurea ſimul conflauit: ⁊ argen/
tea ſimul ſeparatim ab aureis. a ¶Tulit magiſter mili/
tię columnas duas: iachin et booz.iij. Reg.vij.c. b
¶Et mare vnum.ſ.luterem. c ¶Quas fecerat rex ſa/
lomon.iij. Reg.vij. d ¶Nō erat pōdus ⁊c. q̄ſi ꝑ mul/
titudine munerari nō poſſet. Myſtice. n ¶Colūnas ⁊c. Myſtice
Prelati ſunt columnę ꝑ minorū ſuſtentationē. Ęreę/per prę/
dicationis ſonoritatē. Baſes/per debilium ſupportationem.
Lebetes ꝑ īfirmoꝝ cõpaſſionē. Creagrę/ꝑ carnis mortifica/
tionē. Pſalteria/ꝑ bonã operationē. Phialę/per diuinã cōtē
plationē. Mortariola/per cordis contritionē. Uaſa ęrea/per
gratiaꝝ receptionē. Hydrię/per lachrymaꝝ effuſionē. Thy/
miamateria/per deuotã orationē. Urceoli/per triſtum cõſo/
lationem. Pelues/per humilis obſequij exhibitionē. Cande/
labra/per honeſtam cõuerſationē. Cyathi/ per aſperam cor/
rectionē. Uaſa aurea/per ſapiētię fulgorem. Uaſa argentea/
ꝑ eloquentię decorē. Debent etiam eſſe iachin.i.firmitas per
patientię cōſtantiã. Debent eſſe ⁊ booz.i.in quo robur/per fi/
dei ꝯtra hereticos defenſionē. De his duob⁹ Phil.j.a. Ha/
beo vos in corde meo in vinculis meis: ⁊ in defenſione/⁊ con
firmatione. e ¶De colūnis.ſ.de duab⁹ ꝑdictis hoc verū ē
qḋ ſequiꭍ. f ¶Decem ⁊ octo cubiti altitudinis. Con/
tra.ij. Paraꝉ.iij.d. diciꭍ de ipſis q2 triginta q̄nq; cubitos ha/
beb ãt altitudinis. Sed forte ibi ꝯnumeraꭍ baſis cū epiſtilio:
hic autē ſolꝰ ſtilus. Tñ quidã dicunt litteram Paraꝉ. eſſe fal/
ſam. Per capitella

cim cubitoꝝ circũibat eam.
Porro groſſitudo eiꝰ q̃ttuoꝛ
digitoꝝ/ ⁊ intrin ſecus caua
erat: ⁊ capitella ſuper vtrãq;
ęrea: ⁊ altitudo capitelli vniꝰ
a q̃nq; cubitoꝝ: ⁊ retiãcula et
b mãlogranata ſup coronã in
circũitu/ oĩa ęnea: ſimilit̃ co-
lũnę alteriꝰ. Et fuerũt malo-
granata nonagintaſex depẽ
dentia: ⁊ oĩa malogranata
c cẽtũ retiaculiſ circũdabãt̃.
d e Et tulit magr̃ militię ſarãiã
f ſacerdotẽ p̃mũ: ⁊ ſophõniã
g ſacerdotẽ ſecũdũ: et tres cu-
h ſtodes veſtibuli. Et de ciui-
tate tulit eunuchũ vnum qui
erat p̃poſitus ſup viros bel-
i latores/ et ſeptẽ viros de his
qui videbãt faciẽ regis: q̃ in-
k uenti ſunt in ciuitate: et ſcri-
bã p̃ncipẽ militũ q̃ ꝓbabat
l tyrões: et ſexagita viros de
pplo terrę q̃ inuẽti ſunt i me-
dio ciuitatis. Tulit aũt eos
nabuçardã mgr̃ militię ⁊ du
xit eoſ ad regẽ babylonis in
reblatha. Et percuſſit eoſ rex
babylõis: et interfecit eos in
reblatha i t̃ra emath. Et trãſ
m lãtꝰ eſt iuda de t̃ra ſua. Iſte
eſt pplus quẽ trãſtulit nabu
n chodonoſoꝛ. In ãnno ſepti
o mo/ iudęos tria milia ⁊ vigin
p tires. In ãnno octauodeci-
mo nabuchodonoſoꝛ trãſtu
lit de hierl̃m aĩas octingen-
q tas/ trigintaduas. In ãnno
viceſimotertio nabuchodo-
noſoꝛ/ trãſtulit nabuçardan
magr̃ militię aĩas iudęoꝝ ſe-
ptingẽtas q̃dragitaquinq;.
r Oĩes ergo aĩę/ q̃ttuoꝛ mi-
lia ſexcẽtę. Et factũ eſt in tri-
ceſimoſeptimo anno trãſmi-
s grationis ioãchin regis iuda
duodecimo menſe/ viceſima
t v q̃nta mẽſis/ leuauit euilme-
rodach rex babylonis/ ipſo
ãno regni ſui caput ioachin
regis iudę: et eduxit eum de
domo carceriſ: ⁊ locutus eſt
cũ eo bona. Et poſuit thro-
nũ eius ſup thronos regum
qui erãt poſt ſe in babylõe:
⁊ mutauit veſtimẽta carceris
eius: ⁊ comedebat panẽ co-
ram eo ſemp cũctis diebꝰ vi
x tę ſuę. Et cibãria eiꝰ cibaria
ꝑpetua dabant̃ ei a rege ba-
bylõis ſtatuta p ſingulos di
es/ vſq; ad diẽ morti ſuę cũ-
ctis diebus vitę eius.

G ſam. Per capitella ſignificantur intentiones et affectiones
p̃latoꝛum. Capitellũ enim erat ſupra columnã. Inter au-
tem columnam ⁊ capitellum erat epiſtilium/ latius columna
⁊ rotundũ opere reticulato. a Et retiacula. Nota capi-
tella erant in parte ſuperioꝛi liciata: latera vero eoꝛum reti-
culata et catenata: ita
artificioſe facta vt re-
tiacula catenę vide-
rẽtur appoſita magis
q̃ inſculpta. Sup ca-
pitella erat funiculus
deſcendens aliquãtu-
lũ circa latera/ in cuiꝰ
ſũmitate depẽdebant
ducẽta malogranata.
b Et malograna-
ta ſuper coronam
i circũitu. i. ſummi-
tate epiſtilij: ſup qd̃ ſe
debat capitellũ. Uel
ad litterã ſup capitel-
F lũ erant malogranata
nonagintaſex. Cõtra
iij. Reg. vij. f. Ma-
logranata quadragin
ta in duobus retiacu-
lis. Sed foꝛte in epiſti
lio erãt quadraginta:
in capitello qd̃ maiꝰ ẽ
nonagintaſex: vel ſup
funes erant. c Cen-
tum retiaculis cir
cũdabãt̃. Cõtra. ij.
Paral. iiij. c. dicitur
tñ de duobꝰ retiacu-
lis. Solõ. Ibi vocat
duo retiacula duos
oꝛdines retiaculoꝝ.
d Et tulit magi-
ſter militię. ſ. nabu-
çardã. e Saraiã.
Glo. qui interp̃tat̃
G vinctꝰ: q2 epiſcopalẽ
oꝛdinẽ amoꝛis volu-
ptuoſi catena cõſtrin-
git: ſacerdotẽ pri-
mũ. f Et ſophoniã ſacerdotẽ ſecũdũ. Dicit Glo.
in oꝛiginali: q2 p̃ſbyteri habẽt ſecundũ oꝛdinẽ. Ex hoc videt̃
q ſicut ſacerdotiũ eſt oꝛdo: ita ⁊ epiſcopatꝰ. Ad idẽ. ð. xiij. b.
ſup illud verbũ: Et ſacerdotes ⁊ ꝓphetas: dicit Glo. Qui eſt
ſecũdus in eccleſia gradus. ſ. ſacerdotiũ: ergo ex hoc cum ſu-
per illud ſit ep̃atꝰ/ debet dici ep̃atus p̃mus oꝛdo. Sed intelli
ge q dicit̃ ibi ſacerdotiũ ſecũdꝰ oꝛdo: nõ ſecũdꝰ in oꝛdine: ſed
ſecũdꝰ in dignitate. Uel ideo dicit̃ ſecundus: q2 reges ſunt in
p̃mo ſm vetus teſtamẽtũ: ſm aũt nouũ eſt ecõuerſo. i. Pet.
ij. b. Uos eſtis genus electũ/ regale ſacerdotiũ. Uel dic q in
hac Glo. vocat̃ oꝛdo ep̃alis/ oꝛdo p̃dicatoꝝ: licet p̃dicatio nõ
ſit oꝛdo. Myſtice: Sacerdos pꝛimus/ eſt ep̃us: qui eſt pri-
mus ſacerdotũ: ſecũdus ſacerdos eſt decanus vel archidia-
conus. g Et tres cuſtodes veſtibuli. Ibi ſunt vt dicit
Glo. pꝛeſbyteri illi qui talentũ verbi dei in terra abſcõdũt. i.
docẽt vel cantãt ꝓ cõmodo tẽpoꝛali: vt dicit̃ Michęę. iij. d.
Principes eius. i. hierl̃m/ in muneribꝰ iudicabãt ⁊ ſacerdotes
eius in mercede docebãt/ ⁊ ꝓphetę eiꝰ in pecunia diuinabãt.
Ibi ſũt q̃ tenẽtes clauẽ ſciẽtię/ nec intrãt nec alios itrare pmit-
tunt: vt dicit̃ Matth. xxiij. b. et Luc. xj. g. h Et de ciui-
tate tulit eunuchũ vnũ ⁊c̃. myſtice: id ẽ fatuas virgines
oleũ in mẽte nõ habẽtes: ⁊ tales ad damnũ ſuũ ↄſtituunt̃ ſup
alios. i Et ſeptẽ viros ⁊c̃. q̃ ſeptifoꝛmẽ gratiã ſpiritus-
ſãcti habẽtes/ eã ꝑdiderũt: q̃ſi ſeptẽ ſpiritibꝰ nequioꝛibꝰ traditi
ſũt: Matth. xij. d. Iã nõ faciẽ regis cęleſtis intuẽtes. ſ. eiꝰ volũ
tati obediẽtes: ſ3 magis regis inferni voluntati obſequẽtes. k
Et ſcribã p̃ncipẽ militũ q̃ ꝓbabat tyrões. i. q̃ viros
in oꝛdine belli ſcribebat/ alios approbãdo/ alios repellendo.
Iſte vocat̃ ſophar. iiij. Reg. vlt̃. c. Interp̃tat̃ aũt diſſipãs:
⁊ ſignificat p̃latoſ qui
eos q̃s ad chꝛiſti mili-
tiã cõfoꝛtare deberẽt:
pꝛauis exẽplis deua-
ſtãt. l Et ſexagin-
ta viros ⁊c̃. imo di
cunt̃ ſex: vt habet̃. iiij
Reg. vlt̃. c. Solutio.
Ibi tñ ſex nominant̃
in libꝛo regũ: q̃ inter
iſtos magis famoſio-
res erãt: ⁊ p hos ſigni
ficant̃ myſtice laici: q̃
ſunt in maioꝛi multitu
dine. Ecce ergo quõ
p̃mo capiunt̃ a diabo
lo: q̃ pꝛioꝛes ſunt in di
gnitate: q̃ deberẽt ali-
os defendere. Ezech.
ix. c. A ſãctuario meo
incipite. Et q2. j. Eſ-
dre. ix. b. Cõmiſcuer̃t
ſemen ſanctũ cũ pplis
terrarũ: manꝰ aũt p̃n-
cipũ ⁊ magiſtratuũ fu
it in trãſgreſſione hac
p̃ma. m Et trãſla-
tus eſt iuda. i. pplꝰ
duaꝝ tribuũ. Iſti oẽs
trãſferunt̃ in ↄfuſionẽ
pctoꝝ p nabuçardã. i.
gulã. n In anno
ſeptimo. Hoc fuit ſb
ioachim. Ideo dicũt
q ibi debet eſſe octa-
uodecimo. Aliter eñ
nõ poſſet ſtare: q2 non
fuit niſi dimidiꝰ annꝰ
a regno ioachim vſq;
ad iechoniã. o Iu-
dęos tria milia et
vigintitres: ⁊ etiã plures: ſi tot erant magni. p In ãno
octauodecimo. iiij. Reg. vlt̃. dicitur q octauo: qd̃ verius
eſt. r Oẽs ergo aĩę q̃ttuoꝛ milia ſexcẽtę: ⁊ mł̃to plu
res ſatis. Sic ergo hic ponit tres vaſtationes quas fecit nabu
chodonoſoꝛ. Pꝛima fuit ſub ioachim filio ioſię: quẽ vinctum
duxit in babylonẽ cũ vaſis dñi. iiij. Reg. xxiij. g. Scđa ſub
ioachin filio ipſiꝰ: q̃ ⁊ iechonias dictꝰ ẽ: q̃ cũ matre ſe tradidiſ
ſe legit̃. iiij. Reg. xxiiij. c. Tertia ſub ſedechia: q̃ñ icẽdit do-
mũ dñi ⁊ ciuitatẽ deſtruxit: vt đr. iiij. xxv. c. In p̃ma trãſlati
fuerũt: vt dicit̃ h tria milia ⁊ vigin titres: ſ3 mł̃to plures ſi tot
erãt ibi noiabiles. In ſcđa octingẽti ⁊ triginta duo. In tertia
ſeptingẽti ⁊ q̃dragintaq̃nq;. Sed intelligẽdũ ẽ q mł̃to plures
fuerũt. Similit̃ plures i vniuerſis captiuitatibꝰ captiuati ſũt
q̃ q̃ttuoꝛ milia ſexcẽti: ſ3 foꝛte tot erãt noiabiles. Ubi aũt ha
bemꝰ. q In ãno viceſimotertio: đr i libꝛo regũ: In an-
no decimonono: qd̃ veriꝰ ẽ. Uñ credo h appoſitũ h vitio ſcri-
ptoꝛum. s Ioachin regis iuda: minoꝛis. ſ. iechonię.
v Euilmerodach/ nepos nabuchodonoſoꝛ. t Leua-
uit caput. i. eũ honoꝛificauit in his q̃ ſequuntur: eo. ſ. q ſe
tradidit ſpontanee cum matre ſua ipſi nabuchodonoſoꝛ. x
Et cibaria eius cibaria ꝑpetua ⁊c̃. i. ſemp.

Explicit poſtilla dñi Hugonis Cardinalis ſup Hieremiã.